

1987

A

63 23

ESAIAE PUFENDORFII
OTENTISS. REGG. SVEC. AC DAN.
LEGATI AC CONSIL.

OPUSCULA

A IVVENE LVCVBRATA.


ADIUNXIMUS

EVLOGIVM AVCTORIS,

ET OB VICINITATEM ARGVMENTI,

IOH. PETR. LVDOVICI
DE IVRE ANGLORVM
IN GALLIAM

SCRIPTAM OLIM DISSERTATIONEM.



HALAE HERMVND. MDCC.

IMPENDIO JOHANN. JACOB. SCHÜTZII.

ESALAE THEOPHORO
OTENTISS. REGG. SVEC. AC DAN.
LEGAT. AC CONSUL.

OPVSSCVLA

A IVVENE IVCVBATA

ADIVVENE

EVLOGIVM AVCTORIS

ET DE VICINIA

457.29.37

HOH PET. F. D. O. V. I. C. I.

E IVRE ANGLORVM

IN GALLIAM

SCRIPTAM OLIM



87A 6323



I. P. LVDOVICI
 EVLOGIVM E. PVFEN-
 DORFII, LACONICE
 SCRIPTVM.

PVFENDORFIO-
 RVM magna, dum vive-
 rent, famae celebritas fuit.
 Sed iustum gloriae maioris
 gradum eis posteris dabunt.
 Vivis enim in maxima virtute comes
 adest invidia. De mortuis tantum iudi-
 cia sunt, malevolentia & obtreptione li-
 berata. Floruerunt hoc nomine duo fra-
 tres, ESAIAS ac SAMVEL. Pari
 virtute, nec dispari fama. Nisi quod unus
 faceret scribenda: alter facta & facienda
 scriberet. Eundem uterque patrem ha-
 buit ELIAM. Is sacri coetus minister fuit.
 Munus hoc suis tantum non heredita-
 rium. Ex quo enim puriora sacra Luthe-
 rus reduxit; sacerdotio praediti fuerunt
 PVFENDORFII. Parentes ergo ho-
 nesti magis, quam nobiles erant. Scilicet
 in delvetudinem abiit, ex amplissimis
 familiis ad sacerdotia eligi. Qui tamen

IV.

filiis benefacere nequivit: iisdem bene precatus est. Precibus prodesse voluit; qui prospicere non potuit facultatibus. Illas certe *paternam dotem* dicere solitus fuerat E S A I A S, iam ad gradus honoris amplissimos euectus. Et vero non frustra fuit, vota pro salute filiorum pie nuncupasse. Audivit Deus, quae rerum petitarum successu comprobavit. Obstissime diuitias virtuti, nihil noui est. Nostri denuo exempla sint, paupertatem eisdem non obesse. Locus, quo editi sunt nostri, satis obscurus est. Vt scilicet in eorum numero demum haberentur; qui natali solo intulerint celebritatem: non inde mutuauerint suam. Misniae pagus est, cui FLEH nomen. Hunc inserant nunc Geographi tabulis, quod patria facta duumvirorum. A Chemnicensi urbe una is leuca distat. Inde nostri se CHEMNICENSES scripserunt. Ne, scire volentes, cuiates essent, perderent operam. Patriam nullius nominis frustra forte investigaturi. Bene latuerant eo loco nostri. Quam diu eos annos agebant: ubi ad virtutem fere sufficit; vitia ignorare. Aetate ad disciplinam apta; doctoribus
 dati

dati sunt. Principes scholae Saxoni tres,
 Misenenfis, Portenfis, Grimenfis. Illae
 A. clo Io XLIII. a Mauritio inflauratae
 funt Sax. Duce: hanc idem, fed Elector,
 condidit clo Io L. Vniuerfas pro reliquiis
 habeas facrorum bonorum. Haec quip-
 pe non auferri piis ufibus; fed melius
 collocari voluerat Lutherus. Atqu: ho-
 rum beneficiorum noftri alumni facti
 funt. Gratuitum illis inde & animi pa-
 bulum fuit, & corporis. Sine mercede
 & ad cultum fuppeditatum & ad vi-
 ctum. Accedebat Principis liberalitati
 fides magiftrorum ac fedulitas. Sed his
 literarum praefidiis omnes fruebantur
 ſcholae hujus difcipuli. Noftri, quod a
 reliquis diverfi effent, id fibi debebant.
 Nam ingenii bonitate, folertia ftudiorum,
 progrefſioneque difcendi, quum fingulos
 e reliquis anteirent: longo poſt ſe ſpatio
 univerfos reliquerunt. Ne ingrati ho-
 ſpites hujus lycei effent, aut beneficio-
 rum Principis & Praeceptorum viuerent
 immemores: utroſque vineta oratione,
 ſibi devincire voluit SAMVEL. Nam
*carmine ſeculari, Principum & Ducum
 Saxoniae & Praeceptorum Electoralis
):(3 Gymna-*

VI.

Gymnasi Grimensis piis umbris parentavit An. M DC L, cum eodem anno *magistri iura Lipsiae* iueretur *ESAIAS*, de *Druidibus* tum dissertans. Hic enim minorem natu, quem antestabat aetate, anteire virtutibus debuit. Ut illius vestigiis hic firmis progressibus posset insistere. Neuter tamen testinauerat gressum e lyceo in Academiam. Sat cito, si sat bene, uterque ratus. Quo ipso & sumtibus, ut in rerum angustia conuenerat, magis tamen studiis consulebant. Qui enim ibi lentius iuit; is progredi hic & citius poterit & felicius. Dixerim ego, fore indoctum Platonium in Academia: qui non diu satis eruditus fuerit peripateticus in Lyceo. Praeterea firma palatiis fundamenta substruenda sunt. Humilia quippe tecta planitiei immolimus. Id volo ad magna & excelsa quaeque nostros adspirasse. Ampliori ergo videbatur opus esse adparatu. Certe *ESAIAS*, de hoc enim nunc agimus, Linguae Latinae callens, Graecae doctus Hebraicae non ignarus fuit; cum subsellia relinqueret Orbiliorum. Effectum est inde, ut annos Academicos doctrina

na
nis
dic
vie
abl
VM
est
qu
qu
ad
tan
si
aer
dep
& l
ne
tiu
go
at
pe
ca
de
co
oc
do
tu
br
na

na praeuenteret quodammodo. Veteranis enim accensebatur, qui tirocinia studiorum, sapientia annis emensa, nedum videbatur posuisse. Triennio certe non absoluto, infula MAGISTRI ARTIVM in Philurea digne condecoratus est A. clo Idc XLIX. Si tituli post, nunquam tamen profectuum poenituit, quum ad gubernacula reipublicae esset admotus. Hanc enim tum demum beatam esse, suo etiam exemplo expertus est, si eam rexerint Philosophi. Propterea aequum in literas animum nunquam ita deposuit: ut non & Sisiphum volueret & librum. In Gallia certe, cum legationem obiret, hoc animi laxamento licentius fruebatur: parcius domi, ubi e negotiis vix licuerat respirare. Pura atque comta Latinitas apud eum semper in pretio fuit. Lecta rerum Suecicarum historia, quam frater condiderat, in votis dicitur posuisse: ut conscripto egregie operi Aristarchi & oculi accederent & manus; ut ad indolem antiquitatis oratio efformaretur. Hoc enim decus requirere libros, dixit; qui velint aetatem ferre.

VIII.

Vnum etiam non dissimulandum est. **ESAIAS** ad diuiniora dogmata S. Theologiam animum adiecerat. Quare sollicitior fuit in hoc genere studiorum. Fecerat id, siue ut parentis voluntatem, qui filium paterna atque auita vestigia primere volebat, expleret: siue quod paupertatem cultui ciuiliū scientiarum crederet obesse: siue, ut diuiniore sapientia munitus, dignior tandem iustitiae euaderet sacerdos. Id quod optimum Numen tandem euentu videtur adprobasse. Est hic mortalibus abditus ac occultus. Quippe quem inter arcana habere debemus Numinis, prouidentis uniuerso. Hunc certe si cognitum habuisset noster; aliter paulo cursum studiorum rexisset. Docuit enim artes aliquandiu Lipsiae, earum rite factus magister. In votis tum eidem fuit aetatem in literis contere. Non igitur imbibebat scientias; sed ingurgitabat. Et regnum tenere sibi videbatur: si publicum professoris munus, ut vota eius erant, agere licuisset. Sed ita Deus minora nobis negat: ut ad maiora nos seruet. Aduertit sane noster, huic optato fortunam minus respondere. Fatis ergo

ergo se commisit, quocunque ducerent. Ea sequi maluit, quam eis obuiam ire. Nihil tamen eorum neglexit, quibus animum ad utrumque instrueret. Angustae mentis esse credidit; terminis uenius scientiae circumscribi. Neque plus facultatis is ei visus est habuisse: qui cultores sapientiae ad unam facultatem primus alligasset. Noster ab una ad alteram progressus est; non, ut desereret primam: sed sororio vinculo contineret utramque. Feliciori Minerua naturae ac gentium iura Grotius tum excusserat. Qui ex Augiae stabulo tenebricosae Philosophiae disciplinam nobilissimam primus eduxit. Habitum quoque eidem ex humanioribus literis talem induit: ut non instaurata esse; sed nata jam nunc videretur. Huic doctrinae prae ceteris se mancipauit noster. Hanc quippe Philosophiam ingenuo demum ac libero homine dignam habuit; non illam, quae frontem contraheret. Secus artium professores, quos tum habebat. Eorum enim alios dogmata Grotiana, quod noua essent, offende-
debant: alios in suspicionem adduce-

X.

bant, quod incorruptae fidei nostrae ad-
uersarentur: plerique tritas vias sequi ma-
lebant, quam vestigiis leuiter pressis pe-
dem inferre. Pro viuis itaque praece-
ptoribus, qui deerant nostro, mortuos
consuluit. Grotii libros non de mani-
bus posuit; quam profundam eorum
doctrinam prorsus exhaustisset. Postea
vero illos non minus salutauit, per quos
non poenituit ipsum Grotium profe-
cisse. Antiquos philosophos, poetas,
oratores sibi perfamiliares reddidit. Re-
gnaturus in his studiis, nisi a literaria re-
publica ad ciuilem; e scholae umbris, ad
principum aulas esset auocatus. Sic
fratri hanc gloriam quodammodo visus
est reliquisse. Eidem enim & auctor fuit
& adiutor, ut naturae leges & gentium
consuetudines sollicitius excoleret. Non
temere asseruerim, quod a viro quod-
am traditum accepi, utrique Puffendor-
fio perfamiliari. Ipsum scilicet ESAIAM,
dicebat ille, diuini Iurisprudenciae li-
neamenta duxisse, quae nouo studio pro-
lata, suo nomine SAMVEL ediderit. Prae-
terea exoticas etiam linguas, Gallicam &
Italicam maxime noster didicit. Quia in-
tel-

telle
por
glor
corp
nem
grat
ben
dun
gii
ad p
Exe
pote
Duo
nibu
dia
tur,
No
uen
eius
enit
hui
uni
de v
ra
scep
com
tis,

tellexit, sua iam aetate, apud Germanos
portentum haberi; politicum mono-
glotton. Ceterum iuxta culturam animi,
corporis quoque aliquam habuit ratio-
nem. Hoc ut agile, ut promptum, ut
gratum redderet, ad leges magistrorum
bene ac saepius exercuit. Quae decora
dum omnia in uno conuenirent; egre-
gii iuuenis imaginem referebant, cui
ad perfectionem parum videbatur deesse.
Exemplo is fuit, quod in oculis ferre
poterant ad similem virtutem educendi.
Duobus itaque illustrium natalium iuue-
nibus praefectus est. Quorum & stu-
dia rexit & vitam. Difficile inueniun-
tur, qui alteri faciendo bene apti sunt.
Noster utrinque se virum praestitit in iu-
uentute. Atque hic fere florentis aetatis
eius, & huius elogii finis est. Maturio-
rem enim, quos ea fructus tulerit, inter seculi
huius annales referri fas est; indignum
unius pagellae spatium includi. Mira in-
de virtutis; nec tamen fortunae mino-
ra augmenta sensit. Septemtrionalia
sceptra de viro habendo, vere dixeris
contendisse. Factum est, opera Maecena-
tis, ut innotescerent eius virtutes: quae
in

XII.

in nostro nunquam non elucescebant. Accessus viro ad Reginam fecerunt patroni. Quod vero ad amicitiam Principis foeminae intimam accesserit; id sibi debuit, non aliis. Mox ad magna regni istius munera adhibitus est. Non ita tamen, ut non maioribus dignus esset. Aequa Germanis est natio Suecorum. Insueuerunt illi moribus nostris in bello tricennali. Praeterea suam, id est Gothici sanguinis, nos progeniem scribunt. Ut vel ita iura ciuitatis nobis debere videantur. Maximis huius seculi viris Germana esse dedit, Suecia bene esse. Puffendorfos in horum numero habuisse, non est, quod Suecos poeniteat. Auctor eis sim; ut, si his similes animos aquilo illis porro aduehat, & hos beneficiis alligent ceu vinculis. Ut, ne aeris rigorem horreant, Regis clementia incallescant. Postulare ratio nunc status Sueciae videtur: ut consiliis eorum partim praesint Germani; quorum regiones partim subsunt Germaniae. Praeterea panacea regnorum est, vicinum & nosse & permulcere. Noster, si alius quisquam, scientissimus aestimator fuit Principum

cipum finitimorum Sueciae. Quan-
 tum cuique virium ac potentiae cum in
 se, tum aduersus alios, Sueciam maxime:
 id aequa lance ponderauit. Non ergo
 domi solum, quod erat plurimum, negoti-
 a tractauit: sed foris; quod paucorum,
 regno consuluit: ut domi ac foris pro-
 deffet. Nemo ESAIA promptior, cau-
 tior, felicior extitit: si quando cum ex-
 teris erat agendum. Eo quasi explora-
 tore est usus Rex. In Germania certe
 tum nihil fiebat, quod non idem aut
 indagauit solerter, aut callidus praesen-
 sit, aut e rerum cursu prudens diuinauit.
 Regis sui causa, personam mutauit, ma-
 nuarii, artificis, mercatoris, agricolae in-
 duit. Dubium maiori arte suam dissi-
 mulauerit, quam simulauerit alienam.
 Certe sub hac herba medius inter
 hostes latuit securus, non dies, sed menses
 ut consilia, artes, tegumenta, casus, exi-
 tus intelligeret. Factum est hac industrii
 ac fidelis ministri vigilantia, ut Regi
 nihil accideret insperanti. Qui aut
 praeuenire poterat hostem, aut firmato
 pectore tela non improuisa excipere.
 Fuerunt, qui hanc solertiam nostri pone-
 rent


XIV.

rent in vitio. Patriae amori nihil post habendum rati. Nefas ipsis videbatur prodi Germaniam a Germano. Iudices aut inuidi aut inepti; utrique profecto iniqui. Illos liuor, hos inscitia intransvorsum egit. Postulat ratio, ut Principi nosmet ipsos deuoueamus. Quid ni & patriam? Et ultra nobis maior sit? quae esse dedit, an quae bene esse? Deinde neque infeliciorem in Gallia legatum egit noster: quam in Germania exploratorem. Intellexit *παρακλιώτατος*, euentus negotiorum, coram exteris Principibus, tantum non prorsus a gratia ministri aut odio saepius pependisse. Cum aula igitur Suecana etiam genium ille mutauit. Ad mores Gallorum suos & ipse composuit in Gallia. Inde fabulam maleuoli; Esaiam Gallizare. Id enim ei fere consilium fuit, ac Alexandro: quando mores induit Persarum, ut Rex populo, populus Regi insuescerent. Magni vero conatus inuidentium fuerunt contra virum integerrimum. Ita enim egisse coelum cum utroque fratre visum est, ut, quo vires innotescerent, bello ipsi committerentur. Diuersa tamen pugna

pugna erat utrique. Unus facta tuebatur, alter dogmata, illi fama, huic veritas curae. Neque eadem utrique palaestra fuit. Vni contigit literaria, ubi potuit, praeter rationes, nihil: alteri talis obuenit, quae in libertate etiam his legibus est astricta, ut volentis tandem auctoritas stet pro ratione. Ille ergo hostibus ne latum unguem cessit: hic inuidis, ne manus daret, locum dare voluit. Exiit aula, ut vel obsequii gloria aemulos confunderet. Septemtrionalia sceptrum de mistro habendo diximus contendisse. Atque sic Daniam non taeduit illius sibi aduentum gratulari: de cuius exitu maleuoli homines in Suecia triumpharunt. Ita virtus ubique domi est, & ille demum felix, qui omnia secum portat. Haecenus offecerat noster Daniae, ut Sueciae prodesset: nunc obuiam it huic, si utilitas suadebat illius. Vtrobique sane boni ac fidi ministri laudem tulit, qui nihil affectibus, omnia Principum suorum saluti daret. Sed bone Deus! quae perpessus est, in hac rerum mutatione noster? Prodet posteritas, & innocentiam piorum manium vindicabit

XVI.

bit. Si scilicet aulicorum scena muta-
ta, cui nunc nemo prudens sibi non pu-
tat inseruiendum. Ceterum qui opu-
scula haec dicemus tanto nomine digna?
Sed vero leonem non ex vultu solum ;
verum ex ungue etiam nosse licet. Ipsi
flores fructuum ferendorum indicis
dant. Prodit non raro adolescentia, quia
cursus futurus sit prouectioris aetatis.
Quid? quod nominis etiam celebritas
maxima pretia faciant exiguis qui-
busque monumentis.



DE



D E

LEGIBUS SALICIS.

Quod benè vortat!

Mira certè res est, quamque non paucos mecum stupere arbitror, adeò omnibus usquam unquam populis suas esse leges, ut nec in immensi Cathayesqvis Tartari, nec in arenosis Africa vastitatibus Monomorapa, non in Chili cauitibus, non in Zemblae nivibus quivquam earum ignari videantur. Namq; ipsi etiam Canibales ac Charibue, & quicquid Rio de la Plata alluit hominum ferocissimorum, tantum abest, ut prorsum sine legibus degant, ut potius rituum ac consuetudinum suarum nemo gens sit observantior. Magna sanè substitum utilitas tum necessitas oportet, quæ discordes populorum mentes tantà facilitate in se convertere, tantà pellaciâ in unum velle pertrahere possit, ut suamet libertati frenos imponere, ac spontaneis cervicibus jugum suscipere nulli recusent. Quàm prava ac

A

cora

corrupta nostra sit natura, quàm omnis co-
 ctionis impatiens, nemo nescit. Cùm igitur
 homines & barbarissimi & ἀποθημωθέντες, &
 omnis civilitatis ac rationis propemodum ex-
 pertes, eas juxta cum humanis atque civili-
 bus atque prudentibus & expetant & ferant,
 divinum quiddam iis inesse, & solide bonum
 non difficulter conjectu est. Nimirum hoc
 Salus illa Reipublicæ est, cuius utramque faciunt
 paginam Leges, quæ quo firmitus servantur,
 eò firmitus stat talo Respublica. Hæ enim ceu
 suscude quædam ac securicla societatis huma-
 nae compagem colligant, hæ refractaria inge-
 nia sub jugum cogunt, exorbitantes in veram
 semitam reducunt, & ut sartam undique sit &
 tecta quælibet Respublica, præstant. Hinc
 quò scopum talem eò feliciter contingerent
 prudentiores Legislatorum, non solum gra-
 vissimis Leges suas pœnis munire; sed ipsa
 etiam religione inducta plane conati sunt fa-
 cere in violabiles. Sic Numa Pompilius Qui-
 ritium leges ab Egeriâ Nymphâ se accepisse di-
 cebat, Minos & Melissus Cretensium à Jove;
 Menna & Osiris Egyptiorum à Mercurio;
 Zamolxis Scytharum à Vesta; Zoroastres Ba-
 ctrianorum & Persarum ab Oromasde; Ly-
 curgus Lacedæmoniorum ab Apolline; Chari-
 nundas Carthaginensium à Saturno, Solon A-
 the-

the-
 mas-
 cuje-
 quò-
 cupi-
 cona-
 publ-
 quæ-
 ges-
 dux-
 frust-
 Hinc-
 mul-
 ruit-
 ra-
 com-
 esset-
 circa-
 juvni-
 arri-
 bant-
 erua-
 sura-
 anim-
 non-
 reor-
 cùm-
 min-
 do n-

theniensium à Minerva, Zantrastes Ani-
 masporura à Bono Numine, omnes à precipuo
 cujuslibet loci DEO desumptas statuebant, &
 quò quisq; florentiorem Rempublicam suam
 cupiebat, eò majorem Religionem irrogare
 conabatur. Franci nostri quum & illi Rem-
 publicam suam denuo statuminare vellent,
 quamvis nunquam sine legibus vixissent, le-
 ges tamen novas condendas esse ante omnia
 duxerunt, tanquam absq; melioribus legibus
 frustra melior sperandus esset rerum status.
 Hinc enata est Salica Lex, qua per aliquam
 multos centum annos felici satis tenore flo-
 ruit Gallia cum regionibus finitimis; floru-
 ra diutius, nisi in desuetudinem abire illas,
 commodi sui non satis perspicax arbitra, passa
 esset. Quòd cum ego saepius expendissem, &
 circa legem illam non pauca reperissem a ξ io-
 μννύοευλα, placuit hinc materiam disputandi
 arripere, & qua de illa scriptione non vide-
 bantur indigna, publicè heic exponere. Apud
 eruditiores rerum estimatores benignam cen-
 suram facile mihi polliceor, ignobiles verò
 animas, & quas talia aut non tangunt, aut
 non afficiunt, nec ipse magnoperè morandas
 reor. Omnibus enim attemperare se posse
 cum impossibile sit, eruditioribus conarine-
 mini, spero, vituperio dabitur. Coeptis mo-
 do nostris propitiis adspiret Deus!

Lex Salica aliis à Sala fluvio, aliis PASQ
à Salogasto, Ferrario Montano à Faramundo, pag.
Goropio à Saal/ sive sellâ, aliis à Sale, aliis à Salis arbit
dicitur. Wendelinus refutatur. Aliis à Sale, b. e. avita
aula, quæ sententia retinetur. Cer- titati
tudo harum legum qua &
monstratur. nver

Lex Salica quum in media propè Germa-
 corru
 nia rogata sit, adeoque nomen etiam b ig
 Germanicum indepta, mira videas variè de-
 genti
 lirantium ingeniorum commenta, quæ dum alica
 adhæc cœcutiunt, & ex aliis aliisque lingvis errâ
 atque idiomatis nomen illud deductum gen
 eunt, tot peperere opinionum abortus, tot *anc*
 monstra, ut interdum vix recensendo fisella
 Ego, quem hujus quoque non parùm tædet bser
 ut omnes libentius omitterem, ita quò verita que
 ti velificer, aliquas non memorare non possord
 sum. Equidem CHOPPINUS l. 3. de *Domin* Salic
Gall. tit. 1. num. 2., eas à Sala flumine, cujus ri in
 Franci orientales olim accolæ fuere; OTTO ante
 FRISINGENSIS l. 4. *Chron. c. 32.* Consiliario Fatiüs
 ramundi primario Salogasto, quem etiam ser co
 quitur Conradus à Lichtenau ABBAS URSPEROLICA
 GENESIS; JOH. FERRARIUS MONTANUS in l. 2. ff. *uib*
de R. J. vir doctus & excussi judici, prout cita
 tur à CAROLO MOLINÆO *Consuet. Paris. f. 323.* all
 ab ipso Faramundo, quem Salicum fuisse dicer
 Etum contendit, derivare volunt. GUILAUMON
 ME POSTEL lib. de *Leg. Sal.* adducente ESTIENNEUM

PASQUIER *l. 2. des Recher. de la France chap. 14.*
pag. 227. & MALIGNRE *de la loy Salique, chap. 14.*
 do, arbitrantur, vocem Salica, idem esse, quod
 avita & antiqua, idque probatum dare conan-
 tur vetustissimorum instrumentorum auto-
 ritatibus, in quibus pro Lege, Salica, lex anti-
 qua & avita posita, & terra Salica, avita dicta
 inveniatur. Esse autem hanc ipsam legem
 corrupto vocabulo vocatam Salicam, G in S.
 iam ignorantibus translato, Nec enim ullibi
 de gentium extitisse terram aliquam nomine
 Salicam, sed eam ipsam fuisse Gallicam, & pro-
 viserrâ Salica in dicta lege, Gallica sine dubio
 intelligendum esse. JOAN GOROPHIUS BECANUS *l. 2.*
de Franc. p. 57. à Saal derivatam opinatur, quod
 salicellam significat, quia ea sanciat, quorum
 observatio maximè pertinet ad tuendam
 hereditatis dignitatem. Aliis apud JOAN
 POSTORDALIUM *Histor. Heroin nobil. Jobanna d' Arc.*
 in Salicibus quasi Salictam dici placuit, quod
 si inter Salices promulgata fuerit, Alii lau-
 dante PASQUIER *l. cit.* quod in istarum legum
 factis crebrò recurrat: Si aliquis, Si aliqua,
 semel contractionem istarum vocum initialium
 Salicam legem esse denominatam autumant.
l. 2. ff. de iur. & CHASSANÆUS assentitur, qui eo no-
 mine quoque ab HOTOMANNO ridetur. Non-
 nulli, inter quos CLAUDIUS DELA SEYSEL, ad-
 se dicente PASQUIER *d. l.* à Sale ejus arcessunt
 denominationem, rationes, quibus nituntur
 nonnullum fati frivola sint, malim videri apud
 PASIMNÆUM *l. 2. de Jur. publ. c. 2. num. 27.* Cate-

rorum verò somnia, qui à Saliis sacerdotibus, vel à Saliis Alpinis, ac nescio unde amplius deducunt, ne digna quidem existimo quæ audiantur. Communior paulò pluribusque & iis clarissimis viris approbata sententia est à Saliis, Francorum nobilissimis, ceu ab OTTONE FRISINGENSI *lib. 4. Chron. c. 32.* indigitantur, leges hasce fuisse denominatas, quos Francorum nationem hactenus credidimus moti, quod non tantum AMMIANUS *l. 17. hist. pag. 108. edit. Lindenbr.* Julianum primos omnium Francos, quos consuetudo Salios appellaverit, petiisse scribat, verum etiam ipsemet JULIANUS in Epistola ad Athenienses: *ὡς δὲ ξάμλω, inquit μὲν μοῖρον τὸ Σαλίωv ἔθνος, χαμαῖς δὲ ἐξήλασεν.* Et ZOSIMUS *l. 3. Hist.* dicat: *Saxones Quados, nationis suæ partem in solum, ab Romanis occupatum emittunt. At finitimis Francis et transitu prohibentibus, qui metuerent, ne justæ Cesaris causam præberent, se rursus invadendi: naves constructis Rheno prætervecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani juris solum contenderunt: Et adpulsis ad Bataviam navibus quam divisus Rhenus insulam efficit, quavis in flumine à majorem, τὸ Σαλίωv ἔθνος, ὅπως ἀπομοίρον, Et vi Saxonum in hanc Insulam suis sedibus rejectum, expulerunt. Hæc insula præ Romanis in universum parens, à Saliis hoc tempore possidebatur. Cesar, eâ re cognitâ, Quados quidem vicissim adgredebatur; sed jussu prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum nomen occidere, nec prohibere, quò minus in B*

manorum fines illi transirent, quod non ut hostes Romanam regionem peterent, sed per vim & coactionem à Quadiis pellerentur. Hæc animadversâ Cesaris humanitate Salii, partim ex insula cum Rege sua Romanum in solium transjiciebant, partim ad limites in ita fuga se conferebant; omnes Cesari supplices facti, sponte suâ se, cum rebus suis ejus fidei permittebant. Et hucusque Zosimus; quæquam sint perspicua, quilibet videt. Verum enim verò GOTTOFRIDUS quidam WENDELINUS TAXANDER SALIUS, ut se vocat, in tractatu de legum Salicarum natali solo, *Cap. II. pag. 87. seqq.* qui duobus abhinc annis Antverpiæ lucem adspexit, aliud nos condocere conatur, manibus pedibusque negitans, ullam unquam fuisse gentem Salicam aut populum; sed in populo non uno fuisse homines, quibus à vitæ ordine, consuetudine ac dignatione, inter suos datum fuerit, ut Salii vel Salidi vocarentur: quomodo nimirum nullus sit populus, qui vocetur Sacerdos, Nobilis, Senator, Miles; sed in populo non uno sint Sacerdotes, Nobiles, Senatores, Milites; corpora scilicet, *ἄνθρωποι*, pars populi, non populus ita nullus fuerit populus Salicus, sed in populo Salii. Cùm neque MELA neque STRABO, neque PLINIUS neque TACITUS, ac ne PTOLOMÆUS quidem aut ÆTHICUS circa has oras ullos nominent Salios. O scuticam, ut ego te usurpem lubens! recur Criticum, tuam fidem! meritò ita ad egregiam hanc probationem exclamo, & iisdem quidem verbis, qui

bus ipse CL. LINDENBROGIUM *in p̄afat. pradi-*
Eti oper. sine causa satis amarulenter excepit.
 Sed miror *Wendelinum*, non eadem operâ &
 Francos populum negasse, cum neque *Strabo*,
 neque *Tacitus*, neque *Mela*, neque *Plinius*,
 neque *Ptolomeus* horum unquam mentionem
 faciant, utpote quod nominis sub Gallieno
 demum innotuit, & apud TREBELLIIUM POL-
 LIONEM *In vita Gallien. Imp.* primò legitur.
 Proinde non mirum, si neque Salios, Franco-
 rum quippe *Σαλίωνες* nominârint. Ab omis-
 sione autem ÆTHICI, quem *Symmachi* qui-
 dem aut *Theodosii* temporibus vixisse vo-
 lunt, ad negationem gentis Saliorum argu-
 mentari velle, absurdius puto, quàm ut ele-
 vari debeat. Nam nobiles vel milites Hispa-
 norum à nemine probato quidem *ἔθνη* vocari
 autumo, quomodo à *Juliano* & *Zosimo*
 Salii expressè dicuntur. Quid? quod nobi-
 les, quales ille Salios censet, nunquam ab aliis
 ita separati vivant, ut proprias regiones inco-
 lant & soli Regem secum habeant. Aut enim
 iste Rex, cum quo, teste *Zosimo loc. cit.* sese
Juliani Cæsaris fidei commiserunt Salii, Fran-
 corum Rex in genere fuit, aut Saliorum tan-
 tum. Francorum vero esse non potuit, cum
 simile quid de Francis apud Historicos nul-
 libi extet, satisque id ostendant bella Franco-
 rum ab illis temporibus adversus Romanos
 gesta, ut hoc nemini, qui vel per *transennam*
Ammianum & *Zosimum* inspexerit, igno-
 tum esse potest. Quod si autem Saliorum
 iste

iste fuit Rex, utique peculiarem Francorum nationem eos esse oportet, cum Nobiles proprium Regem nulli habeant. Sed & alteram audiamus probationem ejus: Liguere hoc dicit ex ipsâ notione vocabuli. Cum enim Salii à Sala, sive Aula ac Palatio denominationem sint sortiti, exinde sequi, Salios nihil aliud fuisse, quàm Regis sui ministros, h. e. Nobiles, Aulicos & Palatinos, atque adeò ubicunque Aula Regia Sala dicta fuerit, ibi & Aulicam nobilitatem Salios appellari & potuisse & debuisse. Ubi Soldurios quoque in los apud *Casarem Damasceno* Σιλοδύργος vocatos, & *Isidori* Salattarios Salis annumerare non veretur Verum enim verò quàm ridiculum sit integram nationem ab aulâ denominationem statueret, nemo non videt. Equidem BEATUS RHENANUS *l. 1. rerum German. p. 59. & l. 3. p. 237.* à Sala Franconia, PAULUS ÆMILIUS & WOLF LAZIUS à Sala Thuringia fluminibus quod Franci olim iis accolæ fuerint, deducunt. Sed uterque à veritatis scopo non parum ablucinantur. Siquidem Franci tum temporis ab iis locis erant disjunctissimi, atque adeò Salii quoque Francorum utpote natio. Illas enim regiones, PONTANO *l. 2. cap. 3. Orig. Francic. sic desinente*, tenebant, quæ Rhenus mare accelerat, supra infraque Duitium, quæque cis & ultra veterem Isalam erant, adusque Borealem Oceanum, ubi hodieque Drenteni, Tuenteni, Frisique litorales dicti habitant. Hinc elucescit. Salios

ab Isala potius, quem accoluerunt, fluvio denominationem sortitos esse, præsertim cum apud Strabonem detractâ literâ initiali Salas nominetur. Accedit, quod in illo ipso districtu quicquid trans Isalæ fluvium ab Oldenzalia Zwollam usque terrarum jacet, Sallandia etiamnum indigitetur. quasi territorium ad Salam, & in ipso Isalæ crepidine vicus, cui nomen Sallic, inveniatur. Interim non moramur GOROPIMUM *lib. 2. Franc.* qui acutè quidem, sed frivole Salicos à Sadel/ quod ephippia primi equis adaptaverint, dictos contendit; nec POLDUM. qui à Salusfis in Gallia Narbonensi; uti neque illos, qui à Marte, quem Salium dixere, derivant, aut à saliendo, quod saltu facto extra regionem propriam Romanos bello infestarent, aut quod in prælium ituri præ alacritate quasi saltarent. Nec de illo adhuc mihi constat, quod CL. CONRINGIUS *l. de Orig. Jur. Germ. c. 7.* ab antiquo vocabulo Germanico libertatem denotante, deducit, quod quale fuerit, nec ipse aperit, nec ego divinare possum. Et hæc in gratiam WENDELINI. Quo minus autem in eorum castra concedam, qui Leges nostras Salicas ab his Saliis dictas defendunt, hoc præcipuè me movet, quod Faramundus, indubius istarum Legum auctor, non Saliorum, sed Francorum Rex dicatur, atque adeò non credibile, leges generales à quadam natione tantum Francorum fuisse nominatas. Quid? quod Salii Juliani statim tempore, ex

In-

SALICIS,

Insula Batavorum à Quadis pulsi in Romano-
 rum territorium Cæsari supplices facti, unâ
 cum Rege suo secesserint, & sub Romano-
 rum signis, non fecus ac pars Quadorum
 adversus Francos, trans Rhenum adhuc de-
 gentes stipendia meruerint, Imperatore cer-
 tam ex iis legionem constituyente, ut ita Fran-
 corum hostes extituerint, qui nullo modo
 sibi ab istis leges imponi passi essent. Potius
 igitur, tantorum tamen virorum pace, Salica-
 rum legum etymologiam, unâ cum *Job. Cerna-
 lio Episcopo Arausianensi*, prout eum citat Estr-
 ENNE PASQUIER *loc. cit.* à Gallicâ voce Sal-
 arcesimus: cum hæc Lex ad Palatia & aula
 Regum maximè accommodata sit. Ubi su-
 fragantem quoque habemus BESOLDUM. *l.*
dissert. monicop. diff. 11. Saal enim, inquit, v
 Saale/ Francico idiomate aula est, terra sal-
 ca, Hoffgut/ Saalgut/ ab aula vel Principe d-
 pendens, & eodem sensu, Saalrecht/ Lex S-
 lica; ac quâ voce adhuc utimur Saalbuch/
 quo prædia, quæ aulae regiae censum præstan-
 perscripta sunt. Vide Recess Imperii zu C-
 furt/ de Anno 1567. §. Damit aber, & §. Dar-
 dann. Equidem negari non potest, omnes p-
 nè Romanorum leges ab auctoribus der-
 minationem accepisse, ut lex Sempronia,
 Cornelia &c. quò minus tamen illud
 heic loci militare possit, satis, ut opinor,
 Etum est, quin potius ab objecto, quod ci-
 aulam occupata sint, ita nominatas leges
 stras Salicas defendimus, cujus quoq; rei r-

rara apud autores exempla invenias. Quoniam autem successu temporis leges hæc in-
violabiles primum & sacro sanctæ habitæ, pe-
nitus fuerunt sepultæ, à Philippo verò Valle-
sio Paragraphus iste ex Cap. LXII. de Alode,
quo foeminae ab hereditate terræ Salicæ ex-
cludebantur, pro exclusione foeminarum a
corona Galliæ afferebatur, factum hinc est,
ut hæc ipsa verba *καὶ ἐξοχήν* lex Salica sint di-
cta, cum reliquæ penitus in desuetudinem
venerint. Et quia hæc ipsa lex Eduardo III.
Anglo videbatur coronam Gallicanam præri-
pere, ab ipsius affectis variis sannis excepta &
acerata fuit, Philippi Vallesii commentum
identidem indignantibus, cum ante illam æta-
tem nec vola nec vestigium ejus nullibi exti-
erit. Quid? quod Gallus quidam ab Epi-
scopo exagitatus: Ubinam scripta invenire-
tur lex Salica? respondere non veritus est: In
ergo donationis Constantini. Eodem pro-
è modo eandem Anglus unus cavillabatur,
ui Gallo cuidam, legem illam, quæ extræ re-
num nati à regno Angliæ excluduntur, igno-
nti, hoc scommatis illuſit: Invenies illam ex
terà parte legis Salicæ. Sed nec invida An-
gorum obtrectatio, nec unius Galli jocula-
a confessio tantum ponderis habent, ut le-
es has, contra tantum historicorum affir-
antium numerum, nunquam latas statua-
us. Præsertim quum hodieque *ἀπολεξεί*
tent, ab *Heroldo, Pirtheo, Lindenbrogio* & aliis
ris undiquaque doctissimis editæ. Cæte-
roquin

oquin pro lege Salica sæpius legem avitam & antiquam, item, pactum, aut pactum Legis Salicæ apud Autores positum invenias, quod, ne quem forte alicubi remoretur, breviter heic annexisse voluimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

Faramundus Legum Salicarum autor. Notatur Anonymi, Frisingensis & aliorum lapsus. Soli regia stirpis alebant comam. Quo tempore Faramundus regnare inceperit, incertum. Causa movens ipsum ad condendas leges. Consiliarii, quos adhibuit, Graviones fuerunt. Quid quid denotet. Numerus Capitum Legis Salicæ. Mallus quid, olim ambulatorius. Finis legum barbarum. Emendatores, Clodoveus &c. Franci recipiunt Christianismum.

QVum autem Leges ferre folius majestatis sit, & non minima pars ipsius, ut habet Aristoteles, l. 4. Polit. c. 14. ideò & nostrarum legum auctor fuit, qui eadem ab omni parte fuit instructissimus. Eumque Faramundum docet *Anonymus* quidam, qui sub Theodorico II. circa annum DCCXX. vixisse dicitur, hisce verbis: Defuncto Sunnone Franci petierunt consilium à Marcomiro, ut Regem unum haberent, sicut & cæteræ gentes: at ille dedit eis consilium, & elegerunt Faramundum Filium Marcomiri; & levaverunt eum super se Regem crinitum. Tunc & legem

gem habere cœperunt &c. Cui adfentiunt
Ado Viennensis Episcopus, in Chronicis etat. 6. Iuo.
Carnotensis in Chronic. Otto Frisingensis l. 4. Chron.
c. 32. & Abbas Urspergensis in Chron. Ubi tamen
 in eo falluntur prædicti autores, quod à Mar-
 comiro, Sunnone interfecto, consilium pe-
 tiisse Francos de electione Regis statuunt,
 cum ex Claudiano certum sit, Marcomirum
 unà cum Sunnone Anno Christi CCCXCV:
 astu Stiliconis occisos fuisse, atque ita confi-
 lium iis dare non potuerit, nisi fors alium in-
 telligant, cujus tamen probi commatis autor
 nemo meminit. Deinde & in hoc non pa-
 rum cespitant, quod Faramundum primum
 Francorum Regem dicunt, cum jam dum
 Anno Christi CCLXXXVIII. apud MAMERTI-
 NUM *in penegy. Maximiano dicto.* Genebaldi
 & Esatech Francorum Regum mentio injicia-
 tur. Neque hoc ita excusari potest, quasi
 post Francorum in Gallias ingressum primus
 Rex dicatur, quia an Faramundus unquam
 in Galliam pervenerit, nullo idonei scriptoris
 testimonio stabiliri potest. Obiter tamen
 heic ex *Anonymo* notamus, reges, Regumque
 filios alendi comam jus sibi solis tunc tempo-
 ri vindicasse, adeò, ut si quis vel de folio de-
 turbandus, vel regni spe præcludendus foret,
 prius tonderetur.

Hinc apud TURONENSEM *l. 3. c. 18.* legi-
 mus Chlothildidem Reginam duobus suis ne-
 potibus caput quam comam abscindi maluisse,
 cum satius duxerit omnino nullos, quam dia-
 dema-

dematis incapaces habere. Sed ad rem. Laudatus Farhmundus Marcomiri filius vulgò dictus quo anno imperio præfectus fuerit, liquidò definiri non potest, cum quidam eum statim à patris obitu, qui, ut jam dictum, in annum Christi CCCXCV. incidit, regale solium adscendisse, quidam anno demum CCCCXIX. vel CCCCXX. eordatiores vero CCCCXXI. (tunc enim in *Prosperi Chronico* ejus prima mentio sit) regnum suscepisse dicant, quod ideò factum est, juxta Pontanum *l. 4. Orig. Franc. c. 11.* quod Franci tunc temporis in fines Romanorum parùm hostilitatis exercuerunt, ideoque ejus nomen minus celebratum illius ævi annalibus, cum togæ magis quàm sagi artibus tunc temporis studuerit. Cujus quoque rei signum hæc ipsa lex Salica, quæ auspiciis illius conscripta & promulgata fuit. Libidinosus quippe gloriæ erat Rex optimus, ejusque non armorum solum aut fortitudinis, verum etiam legum & prudentiæ, quæ duo sane qui Rex intendit, ille demum vera laudis adorea mactandus venit. Præterea innumeras quoque lites rixasque inter subditos videbat, quas non melius compesci posse ratus est, nisi legum freno injecto. Quoniam autem in hac gubernantium imperfectione fere fieri nequit, ut ipsi per se omnia & videant & agant; ideo necesse est, ut alienis oculis videant, alienis manibus tractent pedibus calcent, quod suis non possunt.

ἔστι μὲν πατὴρ ὁ θεὸς, ὃς ἀπὸ πάντων νοήσῃ.
 Ἐσθλὸς δ' αὖ κακῆν, ὃς εὖ ἐπὶ πείθειται.
 ut habet ARISTOTELES *l. 1. Eth. Nic. c. 4. in fin.*
 ex Hesiodo, Imò pejus est in legibus consti-
 tuendis errare, quàm hominem interficere
 secundùm MARSILIVM FICINUM *in argum. sub*
Plat. l. 5. de Republ. Proinde Principi in sanctio-
 ne Legum viri rerum politicarum
Arist. l. 6. Eth. Nic. Φρονίμων τὸ εὖ βελέμεσθαι) adhibendi
 sunt, quâ re tantum abest ut maje-
 stati ejus aliquid detrahatur, ut potius ad ma-
 jorem ei gloriam vergat ac laudem. Id omne
 sanè à Faramundo nostro nimium quam ac-
 curatè observatum videmus. Ille namque
 Legibus hisce Salicis condendis non ex infi-
 ma vulgi fece quosdam admovit, aut ipse te-
 merè absque ullo consilio aliquid constituit,
 sed ex pluribus electos quatuor gentis suæ
 proceres, ut SIGEBERTUS *in Chron.* loquitur,
 sive, ut prior prologus: qui tunc temporis
 gentis Francicæ erant Rectores, quorum no-
 mina Usogast, Bologast, Salagast & Widigast,
 sive ut in utroque prologo leguntur, Wiso-
 gast, Bodogast, Salogast, & Windogast, le-
 gum talium conditores constituit. Fuerunt
 hi, procul dubio, cum Rectores nominentur,
 Comites, pro more tunc temporis Germaniæ.
 Sic enim TACITUS *l. de morib. Germ. c. 12.* Cen-
 teni singulis ex plebe Comites, consilium si-
 mul & autoritas ad sunt. Similia habet Va-
 dianus *l. 1. de Colleg. Monast. in Germ. vet. Fran-*

ci, inquit, regnum suum Ducum maxime & Comitum opera moderabantur, qui in illa quidam ætate non suam seu propriam, sed publicam magis regni ditionem administrabant; sive ut paulo infra: non sui juris. sed Regum atque Imperatorum officarii veluti, atque ministri erant. Hinc vox Grave Judicem significat, ut habet Glossa Speculi Saxonici l. 3. art. 53. Ein Graff bedeutet nach altem Sächsischen Deutschen einen Richter/darum haben diesen Nahmen unterschiedene Richter. Huc facit Paulus Warnefriedus l. 5. c. 14. Is Alahis, inqviens, dum Dux esset in Tridentina civitate cum Comite Bojoariorum, quem illi Gravionem dicunt, qui Bauzanum & reliqua castella regebat, conflixit, eumque mirifice superavit. Vide omnino CL. CONRINGIUM *Exercitat. de Duc. & Com. Imper. Germ.* Gastos autem seu Gastones Hadrianus Junius Horianus quasi Catones quosdam ac Philosophos dictos putat, non adeo abludente a re ipsa etymo, juxta PONTANUM l. 2. *Orig. Franc. c. 8.* WENDELINUS *cap. 15. cit. Oper.* tamen ait: Gast notare sibi hominem corporis animique dotibus præstantem, Nobilem ac Toparcham, aut in aula præpotentem; cujusmodi per eadem illa tempora fuerunt Romanis Imperatoribus chari, atque in Palatinis officiis illustres alii, Arbogastes, Hildegastes, Nevisgastes. Sed quicquid tandem sit de originatione, ex effectu satis constat, eosdem viros undiqvaque prudentissimos fuisse, omnia bonorum legisla-

gislatorum propria observare gnari. Non enim de cultu divino, utpote circa quem humana prudentia nihil statuere poreft, neque *ἡ τῶν αἰδίων ἢ ἐξ ἀνάγκης ὑπομνήων*, neque *ἡ πάντων ἀνθρώπων*, sed de iis, quæ ut plurimum sunt contingentia, & in hominum potestate consistunt, leges tulerunt. Quando quidem enim Francorum Nobiles nimia libertate ferocientes aliis insultabant, legibus istos, & omnibus viribus reprimere sane quam opus erat. Hinc furta, plagia, homicidia & adulteria utramque pene paginam in legibus Salicis facere videmus, utpote flagitia tunc satis familiaria. Si quidem inter Octoginta illa capita, quæ leges Salicas absolvunt, furtum XXI. Homicidium IX. Plagium III. Adulterium I. Capita constituunt. Pro more tamen illius seculi nihil fere capitale fuit, sed quicquid tandem committebatur, Regina pecunia expiare poterat, quod quidem ratione homicidii non adeo probari potest, quippe quod expresse Juri divino adversatur; furtum vero quod attinet, justitiæ utique satisfieri potuit, si non vita sed pecunia istud punitum est, alias proportio inter vitium & pœnam minus conveniens videtur, nisi hoc ipso flagitii familiaritas extinguenda veniat. Tunc enim omnino locum habet: Crescentibus delictis pœnæ sunt exasperandæ. Sed de his ne plura. Imprimis autem Legislatores nostri gentis Francicæ gloriam & præminentiam egregie vindicarunt, dum Franco multa præ Romano

mano & aliis populis privilegia & immunitates concesserunt. Quod si enim Francus Romanum percutiebat, quindecim solidos pendebat, Romanus vero si Francum, triginta id explere cogebatur. Atque hæc illi non levi brachio tractarunt, sed per tres Mallos convenientes, omnemque causarum originem sollicitius rimantes de singulis quam curatissime decreverunt, prout id ipsa Lex Salica declarat, & verba prologi ostendunt. Ubi sciendum, Mallum nihil aliud significare quam conventum publicum atque colloquium, Juris dicendi gratia institutum, Gallis hodieque a loquendo Parlamentum vocatum; sic mallare, admallare, vocare ad mallum, est citare ad comparendum, invitare ad vadimonium, ab antiquo Theutonum vocabulo *Malthen*/ quod sermocinari & loqui significat. Cujus vestigia etiamnum non solum apud Danos, quibus *Tusfmaal*/ idioma Germanicum dicitur, verum etiam apud nos deprehendas quibus *Melden*/ *permelden*/ narrare vel commemorare denotat. Et ex hoc fonte sine dubio promanavit nostrum *Maal*/ sive *Mahlzeit*/ non solum, quod colloquiis convivium quasi condiri soleant, verum etiam quod ibi veteribus Germanis, non secus ac Persis, de maximi momenti rebus consultatum deliberatumque fuerit, de quo videndus Tacitus *lib. de Morib. Germ.* & CL. STUCKIUS, *qq. Convival.* atque hi Malli sive conventus fuere olim ambulatorii, & nulli certo loco adscripti, sed in Re-

Etorum potestate erat, ubicunqve locorum
 eosdem instituere vellent. Successu tamen
 temporis Conventus hi in Parlamenta, & am-
 bulatorii, [aulam siquidem Regiam sequi co-
 gebantur] in sedentarios commutati fue-
 runt. Parisiense enim Parlamentum a Phi-
 lippo Pulchro demum Anno M C C C II. se-
 dentarium factum legimus. Per tres autem
 Mallos convenire Nostris placuit, ut avitas
 consuetudines eo accuratius observare liceret.
 Vix enim est credibile, quam populo sint gra-
 tæ leges, & acceptæ, si nihil antiquorum mo-
 rum temere immutent, quippe quibus san-
 ctum aliquod & Religiosum inesse putant
 cuncti. Denique non propriæ utilitatis gra-
 tia leges hæ fuerunt conditæ, sed ad salutem
 populi & incrementum, tanquam ad præfixum
 scopum, perpetuo collinearunt. Scilicet
 propter servandum inter se pacis studium, &
 ut juxta qualitatem causarum sumeret actio
 criminalis terminum, ut sunt verba postero-
 ris Prologi. *Nam ὁ καὶ ἀλήθειαν πολιτικός, ut*
habet Aristoteles l. i. Eth. Nicom. c. 13. δοκεῖ ὡς ἐν
ταύτῳ μάλιστα πεπονῆσθαι. βέλεια γὰρ τῶν πολιτῶν
ἀγαθὸν ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑποηκόως. Et ut
l. i. Rhet. c. 4. ait: ἐν τοῖς νόμοις ἡ σωτηρία τῆς
πόλεως. Sunt enim leges velut medicina
 corporis politici. Jam ut a medicina nihil
 proficisci potest, nisi quod corporis sanitati
 tuendæ aut recuperandæ conducit: ita neque
 ex bonis legibus aliquid aliud provenire po-
 test, nisi quod reipublicæ utilissimum est.

Us-

Usque adeo verum est, quod Diodor. Siculus
 l. 1. c. 2. de legibus habet: *οἱ νόμοι πλείεχθσι τῷ
 κοινῷ βίῳ πλεὺν ἀσφάλειαν.* Alias qui legibus
 suis aut sibi aut paucis consulit, verius tyran-
 nus est, quam bonus Magistratus, cui totius
 Reipublicæ, & omnium in ea civium salus &
 incolumitas curæ cordique esse debet. Que-
 madmodum autem vix aliquid ita perfectum
 constituitur, quin mutato hominum statu &
 conditione vel aliquali saltem mutatione o-
 pus habeat: ita etiam Leges nostræ Salicæ non
 potuerunt omnem plane emendationem, li-
 cet intimiora Galliarum loca occupantibus,
 & leges pro novorum hospitiorum conditio-
 ne & subjectorum fuerunt immutandæ. A-
 lia enim vita, alios quoque mores postulare
 videbatur. Hinc ut habet prior prologus,
 postquam Clodovæus Rex Francorum flo-
 rens & pulcher, & inclytus, & deinde Childe-
 bertus & Chlotarius in culmen regale perve-
 nerunt, quicquid in pacto habebatur minus
 idoneum, per illos fuit lucidius emendatum
 & sanctius decretum. Et Clodovæum qui-
 dem primum inter Legum Salicarum emen-
 datores Prologus nominat, quem Magnum
 istum Clodovæum fuisse statuo, quo regnan-
 te Franci a Paganismo ad Christum conversi
 sunt. Cum enim in prælio contra Aleman-
 nos ad Tolbiacum aciem suam nutare ani-
 madverteret, pollicebatur, se Christianam re-
 ligionem una cum populo suo suscepturum,
 quam hucusque Clotildis uxor, Chilperici

Burgundionum Regis filia, frustra eidem inculcaverat, modo victoriam reportaret. Voti itaque damnatus promissis stetit, & per Remigium Episcopum sacro baptismatis lavacro tinctus est, de quibus consulendi Gregorius Turonensis & Aimonius. Hinc absque dubio factum, ut & leges aliaque juxta præsentis status conditionem, conformare aggressus fuerit. Childebertus vero & Clotarius duo fratres fuere, Clodovæi illius filii quorum primum Parisiensium, alterum Sueffionum Regem fuisse constat. Successu temporis ipse Carolus M. ut cæterorum sibi subjectorum leges, ita & Salicas hæc auxit & emendavit, quemadmodum id ex Pithæi Codice, & Lindenbrog. 351. legibusque Longobardicis l. 3. c. 31. videre est. Simile quid de ipsius Filio Ludovico apud Pithæum in variantibus lectionibus ad Cap. LVIII, legis Salicæ invenitur. Atque hæc de Autoribus Emendatoribusque Legum Salicarum dixisse sufficiat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ.

*Tempus, quando. Locus, ubi
latæ Leges.*

CÆterum tempus rogationis incidit in ætatem Faramundi, ut superius demonstratum fuit, quem non anno Dionys. CCCCXIX, ut Sigebertus frustra contendit, sed anno CCCCXXI. regno admotum ex Prosperi Chronico, qui hac in parte *ὄνυχρον* & omnibus

bus aliis anteferendus, egregie ostendit illustis Scaliger lib. VI. de emendat. Tempor. Equidem mirum cui videri posset, tum demum Faramundi mentionem fieri, cum tamen maxima pars Historicorum ipsum Sunnoni surrogatum statuatur, ejus mortem anno CCCXCV. contigisse jam dixi. Verum destitutus certioribus testimoniis temere nihil affirmabo, vel quod inter ipsum & Sunnonem alius Rex intercesserit, vel quod ob pacis studium minus celebris apud ejus seculi Historicos fuerit, quod quidem quam maxime probabile esse ex Pontano supra adduxi. Annum vero ipsum Sigebertus nobis indicat, videlicet XXII. Seculi Quinti, cum adhuc paganismus inter Francos floreret, quod cum Prosperi Chronico melius concordat, quam illorum sententia, qui annum XII. ejusdem seculi constituunt. Atque exinde stabile nobis fundamentum pro genuino Legum Salicarum natali solo subjicitur, qua in parte Auctores alioquin tanta sententiarum faciunt divortia, ut non secus ac prior ætas septem Græciæ civitates de Homeri patria contendentes vidit, ita & heic certantia autorum studia deprehendas, quorum quilibet pro sua patria nimium quantum laborat, adeo ut fere Appione aliquo opus videatur, qui ad percontandum Faramundum de Legum nostrarum natali solo umbras evocaret. Equidem Melchior Goldastus vir monumentis imperii publicatis æternam laudis adorem commeri-

tus, Franconiam Legum Salicarum Patriam agnoscit, dum Tom. III. Constit. Imperial. prædictas leges sic incipit: Faramundi primi Francorum Regis Leges Salicæ, in comitiis quondam Salizensibus (ubi ad asteriscum: qui locus hodie Salzburg/ ad Salam fluvium in Franconia, olim Salechaim in pago Salico) per Francos decretæ &c. ubi B. Rhenanus isthmum ipsi fregit. Verum quod tantorum virorum pace dictum sit, quo minus iis hac vice assensum præbeam, multæ eæque graves causæ videntur obstare. Faramundi siquidem & sequentium aliquot Regum temporibus Franconia ista in rerum natura nondum erat, quippe post insignem illam Clodovæi M. adversus Alemannos ad Tolbiacum victoriam hoc nominis demum sortita, quæ ante Alemannia vocabatur, ut ita Francorum primas sedes ibi quærere velle, absurditate non careat. Præterea nimis quam vellem, Goldastum nobis Codicem, quo usus fuit, indicasse, plus fortassean pro probanda illius sententia exinde hauriri potuisset. Interim quoniam hæc optimæ fidei Historicis contraveniunt, merito jure & heic non advertuntur. Matthias van der Hove tr. Antiquitatum Batavicarum, Leges Salicas in Batavia sua latus putat, quasque prologi memorant villas, Salechaim, Bodochaim Wingehaim, eas interpretatur, vicum Sallid in regione Trans-Isalana, Bodograven in Hollandia, & denique Winkel sive Wildenisse in West-Frisia Verum enim

enim vero jam dum superius ex Zosimo vidimus, Bataviam, stricte sic dictam, sive Insulam Batavorum, a Saliis & Quadis occupatam, Romano juri fuisse subjectam, atque adeo Francis nostris tunc hostilem extitisse. Ut hac ratione eandem Francicarum Legum patriam esse non potuisse exinde consequatur. Quod si vero Batavia terminos non adeo coarctat, uti ex villarum istarum interpretatione aliquo modo elucescit, me sibi repugnantem non habebit. Wendelinus supra citatus tr. de Legum Salicarum natali solo, fors quo Hispaniarum Regi, ut ex dedicatione istius operis apparet, blandiretur, leges nostras in Brabantia, atque adeo cis Rhenum, & in ipsius Patria, Harca dicta, natas defendere conatur, argumentis numero sat multis, pondere vero paucissimis, ut ex subsequens patebit. Quod enim Leges Salicæ in pecuniosa regione latæ sunt, exinde elicit, quod & porcelli latentis furtum tribus solidis, h. e. ut ipse explicat, tribus aureis Rhenanis mulctatum fuerit. Illud autem Germania Trans Rhenana dici non posse, cum illic non diva pecunia, sed Dea penuria tunc regnaverit, macræ egestatis austeritate horrida. Palmarium sane argumentum, in quo Wendelini acumen mireris! Quasi vero ibi plus deberet esse pecuniæ, ubi vitii graves mulctæ sunt impostæ. Mirum si non eodem robore posset colligi, quod minoris fuerit vita Athenis, quam alibi, quod Draconis leges omnibus furibus capitis poen-

nam dictaverint. Eam ob causam enim rigida Legum transgressoribus pœna constituitur, ut eo citius in officio contineantur, si vident, se eandem absque summo detrimento exsolvere non posse. Simili modo eandem sententiam Wendelinus exinde probat, quod cum monetæ sive solidorum in Legibus Salicis creberrima mentio injiciatur, istarum patriam non trans - sed cis Rhenum quærendam sit, siquidem non nisi in urbibus cudatur moneta, quales tamen Germania magna tunc temporis non habuerit. Barbari namque Trans-Rhenani, ut habet Ammianus lib. XVI. ipsa oppida, ut circumdata retibus lustra declinant, cum tamen expresse urbis Via Lacina Tit. 34. §. 4. Leg. Sal. fiat mentio. Cujus rei testem quoque adducit Gregorium Turo-nensem, qui, Francos de Pannonia fuisse digressos, & primum quidem littora Rheni amnis incoluisse, de-hinc transacto Rheno Tongriam transmeasse, ibique juxta pagos vel civitates Reges Crinitos super se creavisse tradit. Quo auriga Wendelinus victoriam istam triumphat. Verum quo fundamento innitantur hæc omnia, nemini ignotum esse potest. Qua enim de necessitate statim ibi civitates sint, ubi cusa pecunia in usu est? ut non dicam, aliquam regionem pecuniosam esse posse, licet ibi nulla unquam moneta cudatur. Deinde, posito, per Viam Laciniam, urbem quandam intelligi, mihi tamen non in-

com-

commodabit, modo cogitet Wendelinus, successu temporis leges has fuisse auctas valde & emendatas, ut ita facili negotio urbs quædam adjici potuerit. Eadem opera illud, quod de Ligeri affert, eliditur, quem non La Loire, sed *Yecker*/ Gallis *Lajarra* dictum interpretatur, propterea quod illum Galliarum fluvium Legumlatores ne viderint quidem, aut cogitaverint. Quanquam enim quatuor istis primis fluvius ille minime notus fuit, tamen non sequitur; Ergo & Emendatoribus, iisque, qui multa Capitula legibus hisce addiderunt. Et quis quæso Autorum probæ monetæ unquam per Ligerim alium, quam Galliarum La Loire, Regem fluviorum Gallicorum dictum, cui nullus longitudine par, intellexit, præter Wendelinum? Denique Turonensem quod spectat, qui Wendelino unus ac solus sobrie aliquid de Francis Francorumque origine commentatus olim fuit, (quanquam tam solidam laudem a Scaligero reportare non potuit, qui potius eum ne Ammianum quidem legisse affirmat) illius verba nihil huc faciunt. Præterquam enim quod Trojanizantem Francorum originem dudum explosam adstruant, quicquid etiam contra nitatur Wendelinus, absque ulla temporis mentione Francos, transacto Rheno, Tongriam transmeasse volunt; ut ita exinde nullo modo elicias, an Francis adhuc trans Rhenum degentibus, an vero Tongria

gria

gria occupata demum Leges nostræ sint rogatæ. Et quid multis? monstra mihi, Wendeline, si vir es, unicum duntaxat probati Scriptoris testimonium, quod Faramundum harum legum, ut ipse confiteris, autorem Rhenum transgressum esse adferat, & Phyllida solus habeto. Nam quæ de sedibus Saliorum disputat prolixius, me non ferunt, qui Leges nostras a Saliis fuisse profectas constanter nego & pernego. Sed consultius iudico *μη κινεῖν καμαρίων* neque enim tam putres lacunæ moveri possunt, quin foeteant, neque purgari nisi moveantur. Proinde rejectis aliorum opinionibus, legum nostrarum Patriam Germaniam TransRhenanam constituo, & quidem finitimam Duitio regionem, non procul a Dyspargo, intra Vezaliam & Dysseldorpium, ubi ut Clodionis, ita & sine dubio Faramundi domicilium fuit. Idque probat posterior Prologus, qui villas istas, ubi leges latæ, expresse ultra Rhenum collocat. Cujus autoritati tamdiu in hæreo, donec ab adversario infringatur, Item monstrat Aimonius l. c. 4. qui Dyspargum Regum Francorum domicilium dicit, & Turonensis una cum Adone, qui Clodionem demum Faramundi successorem Rheno transgresso Gallias invasisse statunt: ut ita Faramundus, siquidem in Galliam nunquam transgressus fuerit, sed ut in Germania habitaverit, ita quoque leges suas in ea tulerit. Loca vero specialia, nem-

nempe tres villas Salehaim, Bodoheim & Wido-
 dohaim, licet in illa regione ostendere non
 possumus, nisi cum Wendlino fingamus, no-
 stræ causæ tamen non officit, cum villæ per
 XII. secula nullæ durent. Atque ita ex ha-
 ctenus dictis patet, Leges Salicas esse consti-
 tutiones, de rebus civilibus a Faramundo
 Francis latas, ad pacis studium inter ipsos ser-
 vandum. Cæterum de Lege Salica *καὶ ἐξ ὧν*
 sic dicta, cujus verba Cap. LXII. de Alode ita
 habent: *De terra vero Salica nulla portio here-
 ditatis mulieri veniat; sed ad virilem sexum tota
 terra hereditas pervenit,* prolixius nunc dicen-
 dum foret, an videlicet rectè ad controverfi-
 am de successione regia decidendam applicata
 fuerit & annon hac ipsa Regina quoq; tutela
 excludantur, quod omnino asserendum pu-
 to & quæ sunt alia, verum hac pagellarum an-
 gustia exclusus voluntati indulgere meæ haut
 possum. Tu si quid hujus B.L. explanatius
 novisse cupis. Hotomannum, Pasquierium,
 Haillanum, Serreum & alios adito, mihi-
 que, si bonus es, faveto, atque isthæc
 a me mantissæ loco
 habeto.

DE



DE DRUIDIBUS.

B. F!

PROOEMIUM.

Diva Philosophia, ut neminem
sui cultorem fastidiose adspernatur;
ita nec alsiosos hosce Septentrionum
tractus, populosque incolas, quantumvis im-
manis eorum barbaries apud Vetusiores nu-
mero predicetur, unquam adeo contemp-
tibus habuit, ut ab sacratoribus suis penitralibus
striata fronte illos protelare sustinuerit.
Quin potius quam plures novimus, quos se-
non intimius, certe tamen juxta cum Graecis
latinisque quibusvis in secretiora adyta sua
λαβδου ενδουεως εφιδει το και ετερεθεν Philoso-
phos enim & borealiores populos habuisse ne-
mo dubitare debet. Noti sunt inter Hyper-
boreos Arymbai, Herodotus & Agrippaeos na-
minasse videtur, de quibus Plinius, β. Mela, γ,
Solinus, δ. Noti inter Scythas Abii, de quibus
Nicol. Damascenus apud Stobaeum ε, Strabo ζ,
&

α. in Melpom. β. l. VI. c. 1. 3. γ. l. I. Cap. ult.

δ. cap. 27. ε. Serm. 5, de Temper. ζ. lib. VII.

Et Alex. ab Alexandro, n. Noti inter Getas
 Tarabostesci, Jordano, θ. Zarabi Terei, dicti,
 de quibus Dio apud Jornandem. Albert. Cran-
 zius, Et alii. Noti omnes, noti singuli, sed sal-
 tem fere noti nomina. Utinam prolixius no-
 ta esse possit eorum vita, mores, ritus, dicta
 facta, nullus ambigo, aut reliquos omnes an-
 testarent, aut ad minimum pari cum ipsis
 passu contenderent. Verum Nos paupertina
 hac recula nostra lucem illis haut fœnerabi-
 mur, manent, manebuntque fortassis æterna
 nocte sepulti. Feliciores illis multo hanc partem
 Celzarum Philosphi Druides, qui rerum sua-
 rum non cæcum Et famelicum aliquem Melesi-
 genem, quod Achilli Alexander inuidebat n,
 præconem nacti sunt, sed ipsum Gallia, prima-
 ria sua regionis, summam, sed consularem Ro-
 manum imo Dictatorem Romanorum, quo-
 rum temporis nemo in terris vivebat angusti-
 or. Quod si magnum est, laudari a viro
 laudato, uti apud Nevium, laudante, Tul-
 lio λ, Hector ait; tum perfecto vel maximum
 erit, Romanorum principem, ac plusquam re-
 gie dignitatis virum sortitum esse sui, suo-
 rum-

n. lib. IV. Gen. dier. c. 1.3. θ. lib. de reb.
 Getic. 1. lib. II. Svec. c. 55. n. Vide Cic. pro
 Arch. Et lib. 5. Epist. Fam. ep. 12. λ. Ep. 12.
 lib. 5. 44. Tuscul. 4. p. 272.

rumque ἰσοψηφῶν notarium. Quae vel una
 re quum εὐτυχῆσαι ceterorum omnium sine
 Druides, & nobis dum per amœniores aucto-
 rum saltus liberius paulo dispatiamur, vel
 cordum de iis spicilegium impraesentiarum in-
 stituere libuit. Veniam spero, indulgebunt
 nobis sagaciores Antiquitatum indagatores, si
 qua fors exorbitaverimus sub illunibus vari-
 arum obscuritatum tenebris interdum ballu-
 cinantes, quum vel nullum in orbe scriptum
 reperiatur, si a sacris Bibliis discesseris, cujus
 scriptor, si curatius attendas, non identidem
 caculeaverit. Quare ulterius hac vice nihil
 proœmiantes, unicum hoc saltem super addi-
 mus: ΚΑΛΩΣ ΕΣΤΩ!

ΚΕΦΑΛ. Α.

*Quinam Druidæ fuerint? Unde di-
 eti? Quibusdam a Druide, quibusdam a
 טרין, quibusdam a Druchtin, & a Trutin, aliis a
 Trou, Pontano a Tryvuis, ejus sen-
 tentia recipitur.*

FUere igitur Druidæ, Theologi, Philosophi,
 & justitiæ administratores Britannorum,
 Gallorum, & Germanorum. Et Germano-
 rum, in quibus; quanquam enim Germani
 eos originitus non habuerunt; (secus ac
 Franciscus Irenicus α, Cluverius β, Schedius γ, &
 ali-

α Lib. 2. cap. IX. German. ex egeleos. β Germ. Antiq.
 lib. 1. cap. 13. 23. & 24. γ Synt. II. de Germ. dis. c. I.

aliquam multi alii, ubi ex æquo eos tam Germanis quam Gallis adscriptum eunt, existimant, qui ex *Strabone*, & *Cæsare*, & *Diodoro Siculo*, & *Amniano Marcellino*. n. haut difficulter refelli possunt) sequentibus tamen temporibus, quum Galli, antiqua sua sede ab Impp. *Tiberio* & *Claudio* expellerentur, & illi Druidas acceperunt, eosque ad extremam usque evanescentiam retinuerunt, id quod infra prolixius Nomen unde suum acceperint tam variant sententiæ quum capita variant & sensus. *Johann. Aventinus* § & *Job. Picardus Tournerianus* † illos a conditore *Druyde*, seu *Dryio*, qui *Beroso*, t. sub *Ario*, sexto *Babyloniorum* rege apud *Celtas* peritia plenus vixisse scribitur, nominatos autumat. *Schedius* u. vocem ex *Hebræo* mutuare nititur; in *Rabinorum* scriptis, inquit, דרויד , expositio, reperitur, cujus nominativus pluralis דרוידים , conciones, & דרוידאטור concionator, Radix autem utriusque est דרויד , quasi *vivit, consulit scrutatus est*. Quidam, teste, *Cluverio*, λ , *Vossio*, μ . vocabulum hoc idem esse volunt, ac quod in antiquo Germanorum sermone legitur *drutbin*, *dbruchtin*, & *drugbrin* seu *Truchtbin* & *Trugtbin*, dominumque dialecto sua significat. Fidem huic facit, quod & *Otfridus* scriptor in lingua *Franci-*

C

ca

d. l. 4. Georg. e. l. VI. Com. de bel. Gal. §. l. V. Biblioth. n. l. XV. rer. gest. §. l. 1. Annal. Bojor. †. 11. de Celto ped. 58. v. l. 5. Antiquit. n. Syngr. 2. c. 3. l. l. 1. Germ. Antiqu. c. 74. p. l. 1. idolat. c. 35.

ca vetustus vocabulo eo haut infrequentur utitur, ut in oratione Dominica, quæ apud Cl. J. Isaac Pontanum extat *Fater unser guato bist druthim thu gimuato, In himilon jo höher Vuh si Namotbiner.* Ubi annotat Pontanus, *Druchrim esse quasi truuscin, fidei ei, quod quandoque etiam pro ipso Deo usurpatum inveniatur, unde eidem Osfrido druthines Haus, Dei domum significet, Istandique voce druthim Deum hodieque indigent.* Quin etiam vocabulum illud in *Syri Tatiani. Evangeliorum Harmonia antiquissimo Germanico idiomate scripta* (cujus exemplar L. Vulcanius habuit) invenire est. Ita enim de *Johanne Baptista* dicit *Anonymus ille Auctor: Her ist warlich mikkil fons thruthine.* Et paulo post: *inti Manage Israbeles barno giwerbitzu truthine Gote ivo &c.* Aliquantum, non multum tamen, ab hac sententia *Theologus quondam famigeratissimus Matib. Flacius Allyricus, &* qui *Druides nuncupatos putat quasi Trutas, hoc est, divinos, & Dei interpretes, quod videlicet veteri Germanorum lingua etiam Trutis Deum significaverit.* Videtur autem descendisse hoc vocis ex Germanis Britannisque communi *dru, seu Trou, vel Trau,* unde *fœminarum nomina Gariotruda, Gertraudte, Ariotruda, Ertraudie, ut ita Truta quasi Deo fideles audierint, nomine sacerdotibus, qui musneious ac sacris operantaneis operabantur,* quam

v.l. VI. Orig. Franc. p. 586. & in præfat. in Osfridi Evangelia.

quam maxime quadrante. *Cl. J. Is, Pontanus* o.
 nomen Druidum ex lingua Britannica dedu-
 ctum existimat, à duobus nimirum vocabu-
 lis, *Try*, arbor, & *wis*, Sapiens, philosophus, ut
 ita dicti sint, quasi silvestres philosophi, ar-
 borum Philosophi, *waldtweisen* / quum sub
 quercubus arboribusque aliis eos philosopha-
 tos esse inter omnes constat. Nos in tantis sen-
 tentiarum divortiis parum abest, quin præva-
 ricationis crimen incurramus, adeo commo-
 dum dicere videtur & hic, & ille, & iste, ut cui, *Tu*
mibi sole places dicamus, vix statuere queamus.
 Solenne illud, *Non liquet*, si usurparemus hec
 loci, haut scio, an vitio id nobis verti possit, us-
 que eo ambigua & ἀμείβωντα sunt omnia.
 Quod si tamen neutralibus nobis, ut loquun-
 tur, *vel ex Solonis lege*, esse non liceret, dum sa-
 ne, salva tamen quorum libet auctoritate, *CL.*
Pontani sententiæ præ reliquis omnibus adsti-
 pularemur. Præterquam enim, quod ex *Cæ-*
sare & *Tacito*que manifestum est, in Britannia
 primum Druidarum disciplinam repertam ef-
 se, satis etiam apposite & nomen & nominis
 ratio competunt, ut *Trywis*, Philosophi Silva-
 tici appellentur, qui vitam suam in silvis ju-
 giter traducebant. Nec obest, quod *Try*, seu,
 ut *Norwegos Danosque* nuncupare ait *Pontanus*,
Tre, non proprie quercum, sed quamlibet ar-
 C 2 bo-

o. in Gloss. prisco Gal. p. 292. π Vide Plutarch.
 in Vit. Solon. ε. lib. VI. Bell. Gall. σ. in vit.
 Agricol.

borem significet; siquidem & $\delta\epsilon\upsilon\delta$ s appellatione omne arborum genus veteribus venire, viscumque non ex quercu solum, sed aliis quoque arboribus profluere in propatulo est, quantumvis ipso roboreo visco nihil Druidibus fuerit sacratius. Salvatur etiam hoc modo ipse Plinius, τ . qui eos Græca quoque interpretatione, conveniente nimirum illorum etymocum græcanico, appellatos videri posse, annotavit. Ubi non leviter hallucinantur plerique. *Cæsaris Commentatores*, v. dum Plinium Druidarum nomen a $\delta\rho\upsilon\delta$ s derivasse credunt, quum Plinio ne in mentem quidem venerit, sed ille saltem græca interpretatione, h. e. si vocabulum Britannicum græce quoque interpretare, Dryides eos, seu nemorivagos philosophos dictos esse innuat. Accedit quod *Camdenus* Φ & *P. Romanus* χ . V. V. CL. Druidas apud *Diod. Siculum* ψ eodem etiam sensu $\Sigma\alpha\rho\upsilon\iota\delta\alpha\varsigma$ dictos censent, a $\sigma\alpha\rho\upsilon\iota\delta\alpha\varsigma$, quo *Callimachus* ω teste ejus Scholiaste, α pro quercubus usus est, licet *Laur. Rhodmannus* β $\Delta\rho\upsilon\iota\delta\alpha\varsigma$, quidam $\Sigma\alpha\rho\varsigma\iota\delta\alpha\varsigma$, alii $\Sigma\alpha\rho\upsilon\iota\delta\alpha\varsigma$, in textu legendum esse, ne quicquam conjecturent. Quod si igitur quis hæc & alia

allen-

τ . lib. 16. N. b. c. 44. v. quos anno 1606. conjunctim Francofurti edidit Clarissimum Lipsie sue decus Gothofr. Jungermannus. Φ . Britan. p. 12. χ . in l. de moribus Gallor. ψ . l. V. Biblioth. ω . in hymno Jovis, v. 22. α . edit. Vulcan. p. 140. β . in conjecturis ad Sicul. l. 5. 60. p. 3.

attentius consideret, nec quæ *Alfricus*, citante *Cluverio*, y *de Mago Britannia* dialecto *Dry* vocato, tanquam sublestæ fidei, repudiet, n ulli dubitamus, quin & nostræ præ reliquis accessurus sit opinioni.

ΚΕΦΑΛ. Β.

In originationem inquiritur. Quidam deducunt a Dite, quidam ab Iste vone, Alstedius ab Hermione, quidam a Samothe, alii a Sarone Caesar in Britannia & Boetius a Finnano Scoto institutos volunt, quorum sententia acceditur.

ET de nominis originatione huc usque. Sequitur jam ipsa etiam illorum origo, quamvis haut absimili intricata tum obscuritate tum incertudine. *Ipsi se Druides, una cum cæteris Gallis a Dite prognatos dicebant, teste Cæsare a Pro Deo a colebatur iste Dis apud Gallos, non quidem, quæ Forcatuli β sententia est, quod olim Gallia argento & metallis abundavit, nec quod, ut alii opinantur, Dis, Gallis terra fuerit, ubi omnia oriuntur, omnia aboriuntur, ut Varro y loquitur, nec quod Samotes, alio nomine Dis appellatus, ab iis pro primo genitore veneratus fuerit. Job. Picardus Toutrer δ arbitratur; Sed quod illi supremum Deum rerum omnium conditorem, lingua Celtica Dit, seu Thict*

C 3

VO.

y. l. i. Germ. Antiq. c. XXIV. d. 203. a. i. l. 6. Com de bell. Gal. β l. i. de imp. & Philos. Gellorum. y. l. IV. de L. L. δ. l. II. de prisc. Celtopæd. pag. 52.

vocarent, de quo *Cluverius* e unde hodieque *Dyth Britannis* æternum significat, teste *Camdeno*. ζ, quod quum *Cæsar Romanique* haut satis intelligerent, ad *Ditem Tartaricum Romanorum Deum* pro ignorantia sua accommodavere. At illi verissime se a Thiet seu Deo prognatos dicebant. Verc enim Deus Opt. Max. omnium nostrum Pater est, & nos ut *Lucretius* η canit
Denique cœlesti sumus omnes semine orundi,
Omnibus ille idem Pater est, &c.

Verum utut ista sese habeant, nos non de ista hac prognatione; sed de illorum sectæ introductione heic loci anquirimus, quæ quidem usque adeo varia statuitur, ut qui se extricare conetur, Delio natatore opus habere videatur. Quidam inter quos, *Micralius* θ alii, a *Germanis in Galliam Britanniamque* sacra, sacrorum ritus, sacerdotes, & si qua ad constituendam Rempublicam ulterius requiruntur, translata existimant, exindeque *Druidas* primitus in *Germania* ortos adferunt, institutosque ab *Ustavo* seu *Istavone*, *Ingevonis F. quarto Germanorum Rege*, qui veremur ne forsan patrem *Ingevonem* dicere malint; de eo enim *Berosus* υ, scribit, quod philosophus fuerit, homines ab immanitate morum ad humanitatem traducere studuerit, scholasque in *Germania*, in quibus artes disciplinæque liberales tra-

ε. lib. 1. *Germ. Antiq.* c. 9. δ. *indescript. Britanno*
 p. 18. η. l. II. v. 987. θ. *Syntsgm. histor.* l. 1
 sect. 3. p. 154. ι. l. V. *Antiq.*

traderentur, adaperu erit. Cl. *Alstedius* v sub
Hermione Istevanis F. collegium eorum cœpisse
 existimat. *Schedius* ξ ab ibso *Thuyfcone* insti-
 tutos credit, cum *Aventinus* o tradat, *Thuyfco-*
nem politica alia omnia ordinasse, & ex *sabati*
Sagæ quem *Armenia* ab *Nino* pulsum receperat,
 salutaria quæque instituisse consilio. Quidam
 a *Samoche* *Celtarum* Rege quo, ut *Berosus* π ha-
 bet, nemo illa etate fuit sapientior institutos. ajunt,
 nuncupatosque *Samothei*, quod *Græci* post-
 modum extulerint *Semnothei* *Middendorpius* ρ
 aliique illos *Sarroni*, quem *Berosus* σ sub *Zamei*
Ninia apud *Celtas* regnasse, publica que *literarum*
studia instituisse tradit, natales debere volunt,
 unde etiam apud *Siceliotam* τ *Saronidæ* appel-
 lentur, quo de tamen supra diversa jam recen-
 suimus. Verum audiendus est præ omnibus
Cæsar, v qui in *Britannia* disciplinam *Druidum*
 repertam esse, & inde in *Gallias* translata m diserte
 adseverat, ad dems suo etiamnum tempore qui dili-
 gentius rem cognoscere voluissent, plerumque illo
 dicendi causa transfretasse. Cui *Tacitus* φ et-
 iam adsurgit, ubi *Britanniam* antiquam *Drui-*
dum sedem appellat. Et quidem alii, qui pro-
 pius adhuc accedentes eos ex *Insula Mona*, *Bri-*
tannis, secundum *Camdemum*, χ, *Mon*, *Tirmon*, &

C 4

Inis

v. *chron. schol.* 30. p. 205. ξ, *Syngram.* II. de *Dis-*
Germ. c. II. p. 257. o. l. I. *A. Boj.* p. 12. π. l. V. *Antiq.*
 e. l. VI. *Acad.* p. 34. σ. l. V. *Antiq.* τ. l. V. *Bibliot.*
 p. 308. υ. l. VI. *Com. de bel. Gall.* φ. in *vit. agric.*
 χ. in *descript. Britan.* p. 722.

Ynis Dawill, Saxonibus Monege dicta, hodie Anglesey (nisi illam malis, que antiquioribus, teste Buchananano, *Manim* & *Eubonia* P. Orofio, *Mevania* aut potius *Manavia* dicta est, & hodie incolis *Menan*, Anglis *Man*, dicitur,) deducunt & *Hector Boëtius*, & *Finnanum* *Josine F. X. Scotorum Regem*, pro primo institutore vendicat. Subvenit, quod etiam derivatio nominis ex Britannia dialecto arcessita, non inepte quadret; ut ita ex hac autorum dubitantia, Britannis Druidum originem non possimus non adserere; licet tam pertinaces non fuerimus, quin meliora edocti, lubentissimo animo cocedere parati simus.

Κ Ε Φ Α Λ Γ.

De habitu Druidum Celtis locus.

In calceos eorum an quiritur. Der Druiden *Suß. Pentalpha Signis Antiochi* & numo *Wurtzburger* *genfi inscriptum. Reliquus habitus discutitur. Pallium cucullatum. τριβώνιον: Baculus & perrula. Alii corporis gestus.*

Color albus DIs sacer.

HABITUM eorum quod spectat, dolemus; sane, neseio qua supina scriptorum oscitantia intactum illum adeo relictum esse, ut quid heic loci proferre possimus, vix inveniamus quicquam. *Conradus Celtes Protucius* *α. V. CL. primus Germania Poëta, ipsis Friderici IV. Imp. manibus coronatus, ne omne ejus vesti-*

ψ. l. I. rer Scotie. p. 25. ω. i. II. α. in Norimberga sua c. 3.

stigium plane aboleretur, solus propemodum effecit, dum illum ex vetustissimo saxo nobis depictum voluit ad hunc modum: *Nudius*, inquit, dum *Joannes Theophilus* nos in patriam suam ad radices *Piniferi* secum adduceret, dum forte in *canobium* divertissemus, conspeximus imagines lapideas sex, vetustissimo saxo ad fores templi parieti insertas, septem pedum singulae, nudis pedibus, capite intecti, *graeo* pallio & cucullato, perulaque & barba ad inguina usque promissa & circa naribus fistulus bifurcata, in manibus liber & baculus *Diogenius*, severa fronte & tristi supercilio, obliquo capite figentes lumina terris. Haecenus *Celtes*, cui, si qua fides adhibenda, tum sane cultus eorum *Cynico* non multum erit ab similis; qualisqualis tamen sit, brevibus nobis intuentus erit. Et ex hisce parietinis quidem primo loco nudis pedibus incessisse *Druidas* facile possit patefcere, nisi *Aventinus* & contravenire videatur, qui *Terriculamenti*, inquit, *nocturni* genus, *calceamentum philosophicum*, figurae *mathematica* apud nos adhuc a *Druidis* nomina servant. Ubi nomen hoc alii pro *drudden* *Tubi* figuram vero mathematicam pro pentagono seu *penthalpha* accipiunt. *Schedius* γ . hinc calceum illis ligneum pentagonicum extruit, & qui ad figuram illam *Mathematicam* quam proxime accedat; sed quis non videt quam ineptum hoc & gestantibus incommodum calceamenti genus

C. l. II. Anal. Bojor. in Tiberio. γ . Syng. II. d. Dls Germ. ce IX. p. 281.

nus esset, quo quidem induti, nisi divaricatis
 foede pedibus ambulare non potuissent; Nos
 si omnino illis, quos certo tempore gesserint,
 calceos, & quidem cum pentalpha quadante-
 nus convenientes, quod ex Aventino d. tamen
 non facile exsculpas; attribuere deberemus
 tum illos calceos quidem, & fors pentagoni-
 cos etiam, habuisse diceremus; sed non qua-
 les secundum pentalpha, sed quales secun-
 dum figuram pentagonicam communem in-
 formare possis. Insculptam autem illis fuisse
 ejusmodi pentalpha, non secus ac Romanorum.
*Senatorum calceis lunulas, de quibus Plutarchus, e.
 & Graecorum Imperatorum Tzangis aquilas inter-
 textas novimus, de quibus Curopalates seu Georg.
 Codinus?* Et hoc forsani isti sensum mystico ac hi-
 eroglyphico fecisse dici possent, siquidem pen-
 thalpha, cui $\omicron\gamma\epsilon\iota\alpha$ inscribunt, salutis symbolum com-
 muniter statuunt, quod etiam Antiochus primus
 Syriae Rex, insignis suis contra Gallatas ab Alexan-
 dro M. monitus, usurpavit, postque reportatam vi-
 ctoriam regiae suae monetae inscribi jussit, ut adducit
 Herm. Lignaridus η & Celtes θ etiam Francici
 numi mentionem iniicit quem Berneggerus
 Würtzburgensem vocet, qui a Druidum nomine
 insculpta hac figura *der drudden Fuß* appella-
 tus sit. Ubi tamen libero suo arbitrio quem-
 vis abundare facile patimur. Reliquum ha-
 bi-

d. l. c. s. Problem. Roman. ξ $\omega\epsilon\iota$ $\omicron\phi\phi\mu\iota\alpha\upsilon\upsilon$
 Κωνσταντιν. p. 55. η Oblest. Academ. c. L. p. 378.
 θ . loc. cit. i. qua I. ion. XI. In Tacitum. x. loc. cit.

bitum ex Celtis descriptione, Cynicis, ut diximus, non admodum fuere abfimiles. *Capiti incedi* astate forsan & sudo sereno aut in sacris solemnibus inceserunt. Quod enim & tecti quandoque fuerint, id satis demonstrat cucullatum pallium, cui frustra alioquin adfuit fuisse cuculus. *Græcanicum pallium*, procul dubio non aliud fuit, quam quo Athenis & alibi Græci Philosophi amiciebantur, *τρίβωνιον*, de quo non pauca collegit auctor *Mantise ad Pallium* Textulliani a quo λ. & peculiare nomen sortiti erant Philosophi ut *τρίβωνοφόροι* vulgo appellarentur, & tota postmodum Athenarum civitas in *τρίβωνοφόροις* & *βίβροφόροις* C. plebem & Magistratum) distingueretur, laudante Eodem μ. ex *Palludio*. Perula & baculus simili modo Græcorum Philosophorum gestamen erant, quos primus adsumfisse Antisthenes dicitur, apud *Diog. Laërt. v. Αντισθένης*, inquit, ille, *πρώτον ἐδιπλωσε τὸν τρίβωνα, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρήτο, βάκτρον δὲ καὶ πήραν ἀνέλαβε*. *Barbam circa naris fistulas biforcataam ad inguina usq; promittebant*, quod & singularem præ se ferre gravitatem, animositatem ac fortitudinem videretur: Siquidem, ut Poëta ξ canit:

Barba viros birraq; decent in corpore setæ.

Liber in manibus, additus fortasse animagini est, qui doctores eos significaret, cum alias
de

λ. p. 126. 135. 239. seqq. μ. p. 141. f. in *Lausiaca*.
ν. in *vit. Philos.* p. 286. l. VI. ξ. *Ovid* libro
XIII. *Metam.*

de libris Druidum parum aut nihil fere con-
 flet. Denique, quod *severa fronte, tristi superci-
 lio obstipito capite ac terris lumina defixi* incesse-
 runt, id pariter etiam Philosophis in usu fuit
 plerisque omnibus, ut qui jugi rerum subli-
 mium *μεγιστῆς* districti tenerentur, capera-
 tam frontem & *γόργωπον βλεφάρων νέφθη* ut
Euripides loquitur, rari possent deducere. At-
 que recensitis hisce ex *Plinio* o adhuc superad-
 dimus, quod candidi etiam veste interdum in
 visci videlicet messione, culti incesserint;
 qualis nam autem illa vestis fuerit, ex ipso us-
 que quaque non claret. Sagum quidam fuisse
 opinantur, quod illud commune Gallorum
 tegumentum fuerit sagumque vocabulum
 Gallicum esse *Varro* ω & *Isidorus* ρ contendant.
 Quos quidem *γομνή κεφαλή* oppugnatum non
 ibimus. Quod autem & candidum in sacris
 suis solemnibus colorem reliquis praelege-
 rint, eo nullus dubito, quin & se album colo-
 rem *Dis Opt. Max.* gratum ac sacrum, censuis-
 se innuant. Id quod etiam *Platoni* σ ita visum,
 qui *χρώματα δὲ* inquit *λευκὰ πρέποντα* αὐτῷ οἷς εἶη.
 quod *Cicero*: τ. Albus color praecipue Deo de-
 corus est, transtulit, ut plura ne producamus.

KE.

o. l. XVI. c. 44. ω. l. IV. de LL. ρ. l. XIX. c. 24.
 σ. l. XII. de LL. τ. l. II. de LL.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Druidum Pontifex. Summa ejus in constituendis rebus auctoritas Romani Pontifices illustrissimi Druidum Pontifex ad vitam dignitatem obtinet. Mortuo dignissimus succedit Divitiacus. Druis. Armis interdum, de obri- nendo honore dicerunt. Damafus & Urficinus, Romani Pontifices.

Cum autem nulla gens, imo ne familia quidem ulla absque capite & certo ordine consistere valeat, Druidæ necessitatem rei penficulantes, & ipsi ἀνεΦάλας vivere noluerunt, sed frenos sibi inijcientes, de medio suo qui cæteris imperaret, constituerunt. Sic enim Cæsar: & His omnibus (Druidibus) præest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Salutare institutum, cujus vi & vigore pax & concordia facta tecta inter eos fuit conservata, his dirempta fota amicitia, continuata disciplina. Ita nimirum summa illius auctoritas vel sola illos in officio continere poterat, ut quilibet, quæ suarum partium erant, κατὰ τάξιν καὶ ἐξουνοσόνων absque offensa & tergiversatione perageret; Ita etiam tota religiosarum ceremoniarum moes ab ipso sustinebatur, ut illius nutu ferie, constituerentur & abrogarentur, modus Deos colendi proponeretur, profanum vulgus erudiretur, & strictim, omnia quæ ad Deorum cultum spectabant, more legitimo procurarentur. Non ab-

ab similitudine ac apud Romanos *toti ερωπογών* ordini unus prepositus erat Pontifex Maximus sive ab uno suorum operum, faciundo videlicet ponte sublicio, quod Dio β. & Varro γ. volunt, sive, quod ex mente Q. Scævole idem Varro δ. adducit, a posse & facere, h. e. sacrificare ita nuncupatus *Quemadmodum α. apud Romanos* Ποντίφικες ἱερεῶν οἱ ἄγ. ποιέσονται fuerunt habiti, ut Dion. Halicarnass. ε. loquitur, nec ullius potestati obnoxii, nec ad rationem vel Senatus vel populo reddendam obstricti, ut Idem ζ. alb. Sic & cum Druidæ isti præ omnibus maxime honore floruerint; multo magis qui & ab illis deveneratus est, apud plebeculam universam eximio honore prævaluisse credendum est. Neque vero honos iste certis temporum cancellis circum scriptus erat, ut finito isthoc spatio axioma ipsi deponendum fuerit, quod COSS. Romanis, Ephoris Spartanis, Archontibus Atheniensibus, & aliis accidebat, sed ες τὸν βίον πάντα ad omnem vitum perdurabat isthoc dignitatis culmen, ut essent, quoad essent, huic muneri præfecti. Defuncto autem talismodi Pontifice, si quis ex reliquis excellebat dignitate, is succedebat, secundum Casarem η. Neque id injuria. Cujus enim auctoritas ipsis regum sceptris supereminebat, ille profecto non ex proletaria vulgi tribu adsciscendus erat, ne tanto digni-

ε. l. II. γ. l. i. de LL. Vide etiam Plutarch. in Numa. δ. loc. cit. ε. l. I. Antiq. p. 30. ζ. l. 2. p. 133. η. loc. cit.

gnitatis fastigio vilis aliqua animula contumeliam aut probrum aliquod conciliaffe videretur. Hinc ipsos sæpe numero principes in contubernium & disciplinam eorum deditos esse liquet, & vel ipse *Diviciacus, frater Dumno-rigis, Æduorum Princeps*, testi ri poterit, quem *Cæsar* θ . identidem memorat, & *Cic.* ipse i. utpote *Q. Fratris sui hospitem cognovisse asserit, qui & naturæ rationem seu physiologiam sciverit, & partim auguriis, partim conjectura, quæ essent futura prædixerit. At si plures erant pares, Druidarum suffragio, qui maxime idoneus erat, adlegibatur. Non secus ac apud Romanos in denati Pontificis locum alius subrogabatur, non populi suffragiis, sed qui ex omni numero collegio maxime videbatur idoneus. η . Quemadmodum autem Εἰπερ ἀδικεῖν χεὶ τυραννίδος πείνει καὶ λίσσον ἀδικεῖν ἢ ἀλλὰ δ' εὐσεβείῃ χρεῶν* quæ apud *Svetonium* λ *Cæsar*is vox non principe sed tyranno digna; Sic etiam de Druidis, quos illustris justitiæ adorea vehebat, nihilominus ipse *Cæsar* μ habet, sæpe numero reciprocata ab iis contentionis ferram, si qua de summa dignitate quæstio. Imo ad arma nonnunquam concursum esse, ubi aliter par in compluribus factus compesci non poterat. Quod quidem in Druidis paganis philosophis, non adeo incilandum, quum & ipsos beatissimos Patres, Pontifices Romanos de pastura ovilis Dei, ex nimio erga Deum amore

θ . l. I. II. *Sc.* de bell. Gall. i. l. I. de LL. p. 369.

η . Vide Dion. l. II. λ . in Julio. μ . l. VI. c. IX. B. G.

re scilicet, sanguinantibus armis decertasse
 auditu non infrequens fit: Adeo ut de Dama-
 so & Ursicino, quem *Ruffinus* v *Ursinum*, *Socra-*
tes ζ, & *Sozomenus*, o *Ursacium* *Nicephorus* τω *Ur-*
sacium, *Anastasius*, q autem & *Luitprandus* & *Ursa-*
cium vocant, ipse *Am. Marc.* diserte scribat, quod
 supra humanum modum ad rapiendam episcopalem
 sedem ardentes scissis studiis asperrime fuerint con-
 flictati adusque mortis vulnerumque discrimina
 adjumentis utriusque progressis & c.

ΚΕΦ Α Λ Ε.

Druidæ sacrorum administrato-
res. Lucus ubi sacrificarunt. Tempa neglexe-
re. Quercus ὄρχημεα Διὸς κελτικόν. Pulcherrima
quercus sepimento vallata. Horror penitralis.
Fons & lacus in penitrali. Ara e cespitibus Victi-
me vari generis. In arctis rebus etiam homines.
Atque adeo & in fontes quandoque Modus imolan-
di ex Diodoro, & Strabone. Viscus quid sit Germa-
nis Mistel. Druidis magni aestimatus. Quomodo
demessuerint. Anguyl' an neuf. Plane plante, etiam
strenæ loco miserunt. CL. Rubis Guylotticre isthinc
deducit, & ejus ratio conjectura. Selago Sa-
molum, verbena. Ova serpendum
magica.

CÆterum de muniis eorum curatius jam
 venit dispiciendum, quæ fuere sane quam
 varia

v. *Hist. Eccl.* l. 2. c. 10. ζ. l. IV. c. 24. ol. VI.
 c. 23. π. l. XI. c. 30. q. 1. in vit. *Patr.* & *ibid.*
 v. l. 27. rec. gest. pag. 361.

varia & multiplicia, adeo ut non solum omnis Deorum cultus, verum etiam totius Reipubl. administratio ab iis dependisse videatur. Primum locum Deorum sibi cultus vindicat, de quo Caesar *α.* Illi rebus divinis inter sunt, sacrificia publica ac privata procurant: Et paulo post administris (Galli) ad ea sacrificia Druidibus utuntur. Sic Strabo: Sacris semper aderant Druidae. Et Diodorus iisdem: Mos illis est, nulli sacra sine philosopho peragere. Διὰ τὸ τῶν εὐπειθῶν τοῖς θεῖαις φύσεως, ὡς ἐπειθῶν ὁμοφώνων, τὰ χαρυσίαια τοῖς θεοῖς. Φασὶ δὲν πρὸς φέρειν, καὶ ἀπὸ τῶν ὀϊοντα δὲν τὰ γὰρ αἰτεῖται. De eorum igitur cultu divino ut strictim aliquid dicamus, ordinis nos, institutique commune facit ratio. Consistebat autem potissima cultus illius pars in procurandis sacrificiis tum privatis, tum publicis, ubi, ut eo melius nos explicemus, plerasque singulatim notare lubet circumstantias. Et quidem locum quod spectat, ubi sacrificia administrabantur, erat ille lucus, densus, opaculus, horridus, & ut Lucanus β habet,

----- Longo nunquam violatus ab aeo.

Obscurum cingens connexis aëra ramis

Et gelidas alte summotis solibus umbras,

Et post: Illic & volucres metuere insistere ramis,

Et lustris recubare fera, nec ventus in illas

Incubuit silvas, excussaq; nubibus atris

Fulgura non ullis frondem præbentibus auris,

Arboribus suis horror inest.

D

Ita

α. l. 6. l. IV. p. 136. l. V. Biblioth. β. l. l. l. de bell. Phars.

Ita nimirum Veteres tum Germani tum Galli, ut Tacitus habet, nec cohibere parietibus Deos, nec in ullam humani oris speciem assimilare ex magnitudine caelestium arbitrabantur. Lucos ac nemora consecrabant, Deorumq; nominibus appellabant secretum illud, quod sola reverentia videbant. Augustiora enim templorum structuris nemora videbantur, vetustis arboribus & soli tam altitudinem egressis frequentia, & conspectum densitate ramorum aliorum alios protegentium submoventia: Ipsa illa proceritas silvae celsioris, & secretum loci, & admiratio umbræ in aperto tam densæ atque continue fidem alicujus Numinis faciebat, qui recessus illos tam propitium ac presens, quam cælum ac sidera, insideret, ut loquitur Schildius. Neque tamen quemlibet sacrificiis lucum destinabant, sed eum solum, quem annosissimæ quercus ac procerissimæ altitudinis robora, qualia duo prodigiöse magnitudinis in ripa Danubii extitisse Aventinus & tradit, conspicuum præ cæteris reddebant. Sic enim Plinius: † Nihil Druidæ habent robore sacratius, & per se roborum eligunt lucos nec ulla sacra sine ea fronte consiciunt. Unde Maximus Tyrius: ε. κελοι σέβου μὴ Διά. ἀ. γαλμα δὲ Διὸς κελευδὸν ὑψηλὴν θεὸς. Et Servius ad illud Virgilii: ζ. Magna Jovis antiquo robore quercus, annotat: Omnis quercus Jovi est, consecrata. Et ejusmodi quidem lucos tanta illi colebant reli-

γ. in l. de sit. & mor. Germ. l. II. de Cantic. c. V.
 δ. 13. An Boj. p. 186. 187. † l. 16. N. b. c. 44. &
 Dissert. XXXVIII. ζ. l. 3. Georg. v. 32.

religione, ut arborem ex iis cecidisse, piaculum haberent. Imo, ut *Lucanus* η canit,

----- motiq, verenda.

Majestate loci, si robora sacra ferirent,

In sua credebant redituras membra secures.

Et *Claudianus* θ ea propter *Stiliconem* quoque mirifice dilaudat, qui per domito Rheno, Romanis

Procul Herconia per vasta silentia sylva

Venari tuto liceat, lucosque vetusta

Religione truces, & robora numinis instar

Barbarici illorum feriant impune bipennes.

Causam dedicatæ Jovi quercus, si requiris, vide illam sis apud *Diod. Sic.* & quæ de fatidica quercu, apud eundem α. Quamq, a. cunctus Numini lucus destinatus erat, tamen procerissimæ & pulcherrimæ totius luci quercus templi instar peculiari sepimento circum vallatæ erant, ut intra horum parietes sacratissimum quasi penitral constitueretur. Id quod hiæce verbis attigit *Lucanus*: Δ.

Non illum cultu populi priore frequentant,

Sed cessere Deo. Aædio cum Phæbus in axe est,

Aut cælum nox atra tenet, pavet ipse Sacerdos

Accessus, dominumque timet deprehendere Luci.

Arcebat videlicet isthoc sepi profanum vulgus, quod alii certis loqvendi formulis ab sacrationibus cultuum mysteriis absistere jube-

D 2

bant,

η. l. III. de bell. Phars. θ. l. I. de laud. Stilic. ι. l.

II. Bibl. α. l. 17. 18. Bibl. λ. l. III. de bell.

Phars.

bant, ut ἐκάς, ἐκάς ἔστε Βίβηλοι. Item ἐκάς ὄσις
ἀλιρϑ, quod habet Callimachus, μ & Virgil. ν.

----- Procul, o procul este profani,

----- Totaq; abstinete luco,

Ne nimirum ἀμύητοι & sacris hisce non initiati,
curiositatis atque audaciæ suæ Dīs vindicibus
pœnas luerent. Porro fontes etiam & lacus
peculiares in penitralibus istis habeant qui
cum ad sacerdotum victimarumque ablutio-
nem tum ad sacrorum supplementum fecisse
dicuntur. Sic, Lucanus. ξ.

----- Tum plurima nigris
Fontibus unda cadit.

Et Seneca, o ubi de luco Tiresiæ ut Thebas
Oreo loquitur :

Medio stat ingens arbor atq; umbra gravi

Silvas minorcs urget & magno ambitu

Diffusa ramis una defendit nemus.

Tristis sub illa lucis & Phæbi inscius

Restagnat humor frigore eterno rigens,

Limosa pigrum circuit fontem palus, &c.

Aram denique in sacrario isthoc & lucorum
silentio e cespitibus congestis gramineisque
conglobaverant super ea potissimum perlita-
turi, quæ & communem cum opacitate tem-
plorum suorum originem præferret, & ob cul-
tus simplicitatem faventioribus uteretur su-
peris. Lucanus π has structas sacris ferali-
bus aras indigitat Virg ρ eas gramineas vo-
cat. Et Silius Italicus, σ.

Hinc

μ. in hymn. Apol. v l. VI. Aenei. ξ. loc. cit. π.

loc. cit. ρ. XII. Aenei σ. l. III. ϑ. in Oedipo.

----- Hinc venerabile visu.

Cespite de viridi surgunt properantius ara.

Et alibi : τ.

Et simul exstructis cespes surrexerat aris.

Et Ovidius : υ.

Araq₃ gramineo viridū de cespite fiat.

Tam aris hisce adducebantur victimæ quas
 Simbo ϙ. Βοοκῆμα τῆς ἡγῆς πῶτος Ἰησῆα fuisse di-
 cit. Et Plinius χεανδιδι coloris taurorum men-
 tionem injicit, Caesar ϙ ipse Marti, bellerum videli-
 cet Duci, captæ animalia a Druidibus fuisse immola-
 ta, haec obscure insinuat. Quinimo in gravioribus
 morbis, in preliis, aliisq₃ magis arduis rerum
 discriminibus constituti, ad humanas quoq₃ victi-
 mas, tanquam sacram anchoram confugerunt, vide-
 licet quod, ut Caesar ω ait, pro vita hominis, nisi vitæ
 hominis reddatur, non posse aliter Deorum immor-
 talium numen placari censebant. Ea propter in
 bello, si qua acies nutare videbatur Marti captivos
 jugulabant, aut clade aliqua alia publica adfecti
 singulis DIs, quorum se offensam contraxisse opina-
 bantur, singulas hostias consecrabant; ita tamen ut
 eorum supplicia, qui in furto, latrocinio aut aliqua
 noxa comprehensi erant, gratioris iis arbitrarentur,
 & non nisi deficiente ejusdem generis copia ad inno-
 centium supplicia descenderent. Quod si tamen
 descenderent, adeo fuerunt immanes, ut nec
 propriorum liberorum fere pepercerint. Tan-
 ta erat Diaboli malitia, tanta hominum cæci-

D 3

ipfi

.τl.XVI. υ.l.V. Trist. Eleg.V. ϙ.l.IV. Georg.

χ.l.16. b.N.c.44. ϙ.loc.cit. ω.loc.cit.

tas! Sed quid hoc in Druidis mirum cum nec ipsi Israëlitæ ab hoc flagitio fuerint immunes, ut in Jephtha α Achazo β videre est? Adeo, ut recte Plinius γ ait, *Ista toto mundo consensere, quamquam discordi δ sibi ignoto!* De modo autem immolandi sic Diodorus. δ. ὅτιν ὡς τινῶν μεγάλων Ἰπιοκέτων, ὡς δ' ἰδοξον καὶ ἀπίστον ἔχουσι νόμιμον. Ἀνθρώπων γὰρ κατασείσαντες τύπῃσι μαχαίρα καὶ τὸν ὑπὲρ τὸ Διὰ Φραγμὰ τόπον καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὴν πληγάν, ἐκ τῆς πλώσεως καὶ τῆσ' ἀσφαγμῶ τῶν μελῶν, ἐπι δὲ τῆς τῆσ' αἵματός ῥύσεως, τὸ μέλλον ἑυδῶν, παλαιᾶ τινικαὶ πολυχρονίῳ ὡς ἀτηρήσῃ ὡς τῆσ' ἑστῶν πεπιστευκότες. Huic cetera ὁμοψηφῶ εἶσι Strabo ε nisi quod non petus, sed dorsum feruisse tradit: Ἀνθρώπων, inquit κατασείσμενον παίσαντες εἰς νῶτον μαχαίρα ἐμωτεύοντο ἐκ τῆσ' ὀφθαλμῶν. Adde Tacitum ζ de Britannorum Druidis loquentem: *Hominum sibi consulere Deos fas habebant. Cruorem vero excipiebant, eoque aras, secundum Tacitum η, adolebant: arboresque lustrabant, ut Lucanus θ auctor est.*

Omnisq; humanis lustrata cruoribus arbor.

Quorum autem exta divinandi causa introspicere haut opus rebantur, illos vivos simulacrum e fæno, viminibusq; β ligno arido confectō includebant, quo succenso, circumventi flamma exanimabantur homines, teste Julio. ι. Quo ipso Molochi
ido.

α. Jud. XI. 31. β. 2. Reg. XVI. 3. γ. l. XXX. N. b. c. 1. δ. l. V. Biblior. ε. l. IV. Georg. ζ. l. 14. Annal. η. loc. cit. θ. loc. cit. ι. loc. cit.

idolum haut obscure imitati sunt de quo Cl. Seldenius & pluribus videri potest. Præter dictas autem Strabo λ adhuc alias addit hominum imolationes: καὶ γὰρ, inquiens, κατὰ τὸ ζεῦσιν ἕνας, καὶ ὀβελύρασιν ἐν ταῖς ἱερείαις. Quo ritu fortassis μυστηριώτικῃς ille Diabolus sacrificio Christi in cruce peracturo illudere voluit. Similia habet Diodorus Sic. μ. τὸς κακῶν γὰρ καὶ ἀπενταετηρῆδα Φυλάξαντες, ἀνασπολοπιζῶσι τοῖς θεοῖς, καὶ μετ' ἀλλῶν πολλῶν ἀπαρχῶν καὶ θυσιασίων πυρρῆς παμμεγέθεις κατασκευάζοντες ἔχονται δὲ καὶ ταῖς ἀχμαλώτοις ὡς ἱερείαις πρὸς ταῖς τῶν θεῶν θυσίας. Ex quibus omnibus immanis illa priscorum superstitio, immania sacra, immanes cultores tanquam ex ungueleo fatis superq; apparent. Neque tamen semper homines in sacrificium adhibebant, nam alia quoque vari generis animalia certo tempore sacrificata esse diximus, & ipse Plinius, v. ubi de visci collectione memorat, de humanis victimis altum præstitit silentium. De visci autem collectione ut hoc quoque loco aliquid dicamus ordinis ratio postulare videtur. Erat illud viscum germen, quercubus præprimis adnascens, quod satum nullo modo nascitur, nec nisi per alvum redditum, maxime palumbis ac turdi, Germanis Mistell vocatur, hodieq; ad saginanda pecora censetur proficuum, subactum quoque glandis oleo pennas avium tactu ligat, cum iisdem insidias moliri libet. Viscum hoc Druidæ ma-

D 4

gna

κ. Syng. 1. de Dis Syris. cap. VI. κ. l. 4. Geogr.
 μ. l. V. B. bl. v. lib. 16. N. b. c. 44.

gna reverentia prosequerentur, credentes contra venena omnia id remedium esse, fecunditatem ex petu cuiusque animali sterili tribuere tanquam panaceam quibuslibet morbis applicari posse, indeque illum suo vocabulo omnia sanantem appellabant. Imo & pro ipso Numine colebant, ut Alexand. ab Alex. & testatur. Enim vero e caelo missum putabant, signumque esse electae ab ipso Deo arboris. Cumque rarum inventu fuerit, repertum eo majori religione petebatur, & ante omnia sexta luna, quae illis mensuram annorumque principia faciebat, Itaque Druidae ut Joh. Picardus Fontenrianus o habet, ipso anni exortu, hoc est sub crepusculum vespertinum, aut primam noctis faciem (Galli notavit Caesar π) rudis plebecula ad lucos currebant, Druidibus effreno gaudio indicantes sicubi viscum reperirent. Et ne quis cunctaretur, designati erant, qui ad sedulam illius indagationem singulos adhortarentur, unde Ovidius:

Ad viscum Druidae, Druidae clamare solebant.

Atque ubi reperissent sub arbore altare edificantes epulasque & sacrificia rite preparantes, duos candidi coloris tauros admovebant, quorum eornua fronde roborea re vinciebantur. Tum sacerdos candida veste cultus arborem scandebat, falceque aurea demettebat, quod candido sago excipiebatur, inde victimas immolabant, precantes, (quod ad Lavam conversi Plinio p. fecisse dicuntur) ut suum demum Deus prosperum faciat his quibus dederit. Atque superstitiosi hujusce ritus vestigia etiam-

ξ . lib. III. Gen. dier., c. XIII. o. l. II. Ceteroped. p. 56. seq. π , loc. cit. e. l. XXVII. c. 1.

tiamnum apud Gallos & maxime Burgundiones extare dicuntur, ubi singulis annorum initiis ex plebe quidam sibi suisque bene precantes ostiatim per pagos & vicos conclamant: *Au- guyl' au neuf ad viscum annus novus: geminata sta- tim voce subjungentes. Plante plante, quo anni fecunditas atque fertilitas significatur. Quin & viscum itrenæ loco mitti, eoque fortunatum amicis annum voveri solitum fuisse ex Goropio Becano, Elia Vinero & Vignereo notat, Cl. Merula & Et Cluavius de Rubys & Lugduni suburbium ultra Rhodanum, Guilleriere, dictum statuit tanquam Guy l'hostiero quod credibile sit, Lugdu- nenses in silvam roboream, quæ vicina planities, ho- die la plaine d' Airieu, obducta erat, exiisse. & rever- sos deposuisse in illo suburbio viscum, ut postilla abo- mnium ordinum hominibus solemniter cum balatio- nibus, h. e. cantilenis saltatione mixtis, & idolis et- iam Deorum suorum precedentibus in urbem deferre- tur, de quo amplius Jodo. Sincerus. v. Cætera quæ hic subjungenda fuerant, de Druidarum Selagine, de Samolo, de verbena, de ovis ser- pentum magicis, &c. v. quibus ut Medici utaban- tur. Videat singula B. L. apud Plinium & exactissime descripta, quæ ad verbum isthuc transcribere, cum prolixiora sint, merito ve- remur, & chartarum angustia parcimus.*

D 5

KE

σ. part. 2. Cosmogr. l. 3. c. 11. p. 308. τ. l. 1. c. 29. p. 4.
27. seq. v. in itiner. Gall. p. 428. φ. l. 24.
c. 11. l. 25. c. 9. l. 19. c. 3.

Magnum discipulorum numerum habent. Multis privilegiis gaudent, Doctrinam occultant Medicinae studia Asclapiadeis saltem communicata. Liber clausus & apertus ex Alciato Docent in specu aut saltibus, vicenis interdum annis. Quid doceant? Anima immortalitatem credunt. Pythagorica non adstipulantur. Carminibus cuncta discipulis ediscenda proponunt. Oraculum eorum, in Sena Osismicis literibus adversa.

Auguriis clarent.

ET huc usque de eorum sacrificiis. Sequitur jam etiam de juventutis informatione, cui Druides non minori cura vacabant, atque ipsis sacrificiis. *Ad eos enim magnus adolescentium numerus discipline cause concurrit, inquit, Casar, & paulo post, Hinc & sua sponte multi in disciplinam conveniunt, & à propinquis parentibusque mittuntur. Alliciebantur quippe cum auctoritate, tum immunitate, honore, & quibus Druidæ gaudebant, bonis cæteris haut vulgaribus. A bello nimirum abesse consueverant, neque tributum una cum reliquis pendebant, militiae vacationem, omniumq; rerum habebant immunitatem. Neque tamen illos promiscue omnes in disciplinam admisisse; sed non secus ac Græci Indi, atque Æthiopes, post multa ingenii & animi ingenui documenta demum recepisse credendum est. Et innuit hoc ipse Mela β.*

ubi

ubi nobilissimos gentis ab iis edoctos adseverat. Et hoc jure justissimo: Druidarum enim ut doctrina erat omnium nobilissima, ita etiam summa in reliquos erat autoritas. Jam vero pretiosissimi uniones non cuivis distorro ac male sano aut vili socordique & inepto ingenio committendi erant, ne quid eorum disciplina detrimenti caperet. Et hoc isti sane quam studiose cavebant, eaq; de causa nec discipulos suos doctrinam in vulgus efferre volebant, unde ilamcos docuisse Mela γ. scribit, ne videlicet, si omnibus eorum sacraria paterent; autoritas tandem vilesceret. Sic & apud Grecos Medicina sacris nulli initiabantur, nisi qui juramento prius confirmassent, se artem illam, nisi ex Asclepiadum familia oriundo communicaturos nemini, ut ex juramento Hippocratis, quod egregio nuper commentario illustratum ixit Cl. Meibomius, satis patescit. Et hoc est quod Andr. Alciatus d. denotari censet per librum clausum & apertum, qui solenniter hodie iis traditur, quibus Doctoratus insignia ab Academiis conferuntur. Admoneri enim eos putat isto veluti symbolo, ut indignis libros claudant, nec secreta & mystica reveleant; doctis vero probisque viris eadem pandant atque aperiant, tamen si alio ab aliis isthac trahi non nesciamus. Quemadmodum autem absconderæ suæ doctrinæ studiosi erant Druidæ, ita etiam *παίδευτήρια* ipsorum rei huic admodum fuere accommoda. Ita enim Mela. s. *Docent multa nobilissimos*
gen-

gentis clam & diis vicenis annis in specu aut in abdi-
tis saltibus. Cui Lucanus ζ adstipulatur.

----- Nemora alta remotis

Incolitis lucis.

Atque in saltibus hisce & specubus docebant
illi juventutique transdebant, quæ Caesar η. ba-
bet, nimirum non interire animas, sed ab aliis post
mortem transire ad alios. Multa præterea de si-
deribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum
magnitudine, de rerum natura, de Deorum immor-
taliū vi ac potestate &c. An vero Deum in es-
sentia unum, & in personis trinum docuerint,
quod Cluverius θ & Schedius ι volunt; non te-
mere adseruerimus. Mundum etiam teste Stra-
bone, κ interitus expertem statuere, ignem tamen &
aquam aliquando superatura. Reliqua quod
attinet placita, eadem & scriptorum penuria,
& severa lex, qua doctrinæ divulgatio prohi-
bebatur, nobis inviderunt. Unicum hoc sci-
mus, quod, quo ad mortem subeundam eo
promptior redderetur plebecula, animas post
hominem δ. fundum non interire docuerint, teste
Julio λ. Item Diodorus μ. testatur. Εὐιχόμεναι
παρ' αὐτοῖς ὁ Πυθαγόρας λόγῳ θ. ὅτι τὰ ψυχὰς
τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι συβέβηκε, καὶ δι'
ἐτῶν ὠρισμένων πάλιν βίβν εἰς ἕτερον σῶμα τῆς
ψυχῆς εἰσδυομένης διὸ καὶ κατὰ τὰς ἐπιφάνους τῶν τε-
τραπλοῦτον ἀναγνωσομένων γούτας. Et Marcel-
linus:

ζ. l. I. Phars. l. I. VI Comm. de bell. Gall. θ. lib. I.
Germ. Antiq. c. 29. ι. Syng. II. de Dis Germ.
cap. 24. κ. l. IV. Geogr. λ. l. VI. Comm. μ.
l. V. Bibl.

linus: v *Druidæ ingenii celsiores, ut autoritas Pythagoræ decrevit, sodalitiis adstricti consortiis quaestionibus occultarum rerum altarumque sunt erecti & despectantes humana pronunciarunt animas immortales.* Quæ sane animæ immortalitas ab ipsis etiam Indis credita fuit, si, quæ de Brachmanibus *Strabo* & refert fidem merentur. Ad eo ut multis arrideat dicere, *doctrinam hanc esse antiquissimam traditionem, a primisque parentibus ad populos moratiores pene omnes dimanasse,* cum τὸ πρῶτον *Hugone Grotio* o. Verum quod *Druidis a Diodoro π & Casare* opinio ista, quæ *Pythagoræ* dicitur, attribuitur, eo ipso injuriam ipsis fieri ut confiteamur, *Mela* & *Lucani* testimoniis adducimur, quorum ætate *Druidarum* doctrina multo lucidius fuit cognita. Sic enim *Mela* σ. *Unum, inquit, ex iisque percipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas esse animas, vitamque alteram admanes.* Et *Lucanus* τ.

----- *Vobis auctoribus, umbra
Non tacitas Erebi sedes, Druique perfundi
Pallida regna petunt, regit idem Spiritus arcus
Orbe alio. longa (canitis si cognita) vita
Mors media est.*

Quibus annumerandus *Strabo* v qui eos docuisse scribit: ἀφθαέρτες ἐν αἰσῶνι τὰς ψυχὰς Sapien-
tissimos enim hoīce φιλοσόφους ita hanc
hanc

v. l. 15. p. 56. edit. Lindenbr. & l. 15. Geogr. o. l. I.
de Verit. Relig. Christ. τ. l. V. Bibl. p. loc.
cit. σ. l. III. c. ult. τ. l. I. de Phars. v. l. IV.
Geograph.

hanc opinionem fovisse nondum credimus, cum in cæteris illos Græculorum more in eptiisse non facile deprehendas, & incertum adhuc sit hanc *μετεμψύχων* adeo crude intellectam, Pythagoræ unquam in mentem venisse, si testimonia genuina sunt, quæ arcessit *Cal. Rhodiginus* Φ . Sed de his Pythagorici videant, nos cum Druidas ab isto errore libera- verimus, officio nostro satisfactum putamus: Nam & hoc ipso, quem intenderunt scopum obtinere Druidæ. Siquidem juxta Luca- num χ .

-- -- -- *Inde ruendi*

*In ferrum mens prona viris, animasque capaces
Mortis: Et ignavum est reditura parcere vitæ.*

Exindeque factum, ut *Soldurii* Ψ , saepe se in ra- gos suorum veluti in a' terra v'ca una victuri liben- ter immitterent. Id quod sane vix fecisse cre- diderimus, nisi subsequutura vitæ spes firmas in ipsis radices egisset. Et queso quo fini pecu- nias darent mutuas, quæ apud inferos redderentur, ut habet *Valer. Max. ω* . Et qua sine cum mortuos cremarent ac defoderent, apta viventibus olim ne- gotiorum ratio, etiam ξ exactio crediti deferretur ad inferos, ut habet *Pomponius* α si deliram il- lam animarum transmigrationem statuissent? *Practica* denique *philosophie* assiduam etiam na- vabant operam, turpe rati, artibus imbutos non etiam.

Φ . *ib. V. Lect. Antiq. c. 40. p.* ξ *l. 3. c. 24. 43. 45.*
243. χ . *l. I. de Phars.* Ψ . *de quorum condi-*
tione vide Cæsarem l. 3. Comm. de bel. Gal. ω .
l. II. c. 6. α . l. III. de sit. orb.

etiam vitæ honestate reliquis præcellere, ut Strabonis & testimonio constat. Atque hæc & similia discipulis, carminibus proponebant. Non enim latebat eos divina illa vis poetices, qua se in hominum animos infuset, & de qua prolixè Strabo contra Eratosthenem γ. Magnum itaque numerum versuum memoria, nullatenus vero chartæ mandare cogebant, ne videlicet, si literis consignarentur, disciplina in vulgus efflueret, aut discipuli schedulis confidentes, minus memoria studeant, quas duas etiam ipsemet Cesar δ adducit. Neque vero tumultuaria opera, aut semestri spacio discipulos doctos reddere conabantur, sed diu, inquit Mela, ε. eos informabant, adeo ut nonnulli vicenos annos in disciplina manserint, asseverante Casare. ζ. Præter hanc autem instituentæ juventutis palæstram etiam in Religione interpretanda desudarunt Druidæ. Quam λοξότης enim oraculorum ille ἱεροφάντης fuerit, quam ambiguos Homus consulentes dimiserit, id experta Græcia, experta procul dubio etiam Gallia, experta Britannia, cum & ipsæ ventriloquis ferviverint. quod haut obscure Mela η innuit: Sena, inquit. in Britannico mari Osismicis adversa litoribus Gallici Numinis oraculo insignis est, cujus antistites perpetua virginitate sancta numero novem juere. Gallis Cenæ vocata. Hujus igitur, & si qua fuere alia oraculi responsa Druides explicabant, cum superstitiosa gens procul dubio crebro ea consulerent.

β. l. IV. Geogr. γ. l. I. Geogr. δ. l. I. Comm.

ε. l. III. ζ. loc. cit. η. l. III.

rent. Auguriis præterea dediti fuerunt. Sic enim ex P. Trogo Justinu. *θ* Augurandi studio Galli præter Cæteros callent, aut, ut citante Vossio † Bongarsius legit, clarent. Et Cic. Divitiaco dicit, quod partim auguriis, partim conjectura, qua futura essent prædixerit. Et hæc hæctenus.

ΚΕΦΑΛ. Η.

Druida Regibus dominabantur. Bella componebant. Judicia exercebant in Carnutum finibus hodie Chartres. Pertinaces Anatemate feriebant, illique omnibus erant execrabiles.

NAM, ut ab initio dictum, non cultus ille Deorum solus, sed etiam tota totius pene Reipubl. gubernatio penes eos fuit. Siquidem & Regibus dominabantur, ut Dio Pruseus apud Svidam vult, & πολλάνισ ἐν ταῖς ὄρνυξέσι πάλαι ζόντων ἀλλήλοισ τῶν σερτυπίδων, καὶ τοῖς ζιφείσιν ἀνατιθέμενοις καὶ ταῖς λόγχοις περὶ βίβλησι μένοις, εἰς τὸν μέσον ἔργον περὶ ἐπιπέδου αὐτῶν, ὡς πρὸς ἰσοστάσια κατεπέσασατες, α. *θ* de omnibus controversiis, qua publicis qua privatis constituebant, *θ* si quod fuerat admissum facinus, si cedes facta, si de hereditate, de finibus controversia, iidem decernebant. *β* Eaque propter, ut eo purius, sanctius ac castius administraretur Diva justitia, certo anni tempore in finibus Carnutum, qua

θ. l. 24. hist. † l. 1. Idem c. 35. u. l. 1. de divin. p. 369. α. Diodor. Sicul. l. V. Bibl. β. Vide Caesar. l. c.

qua regio totius Galliae media habetur, confidebant. in loco consecrato, quo omnes undique, qui controversias habebant, conveniebant, eorumque iudicii, ac decretis finalibus, tanquam sacro sanctis parebant γ, Carnutum hodieque vulgo Chartres nominatur, regio Galliae multo amenissima, silvis ac nemoribus caesareata, ubi ad huc quaedam eorum vestigia extare dicuntur, oppidum videlicet Dreux ad Ebrum fluvium situm titulo comitatus conspicuum, quod a Druidis nomen sortitum esse existimatur, δ Tamen si vero maxima illorum autoritas & infinita prope esset potestas, adeo ut potissima incolarum pars iussa eorum audirent ac in definitiva quiescerent, tamen ut nullibi absque putrigrano granatum pomum invenias; ita inter illos etiam erant, qui honestatis ac iustitiae contractis repagulis eorum decretis morem gerere recusarent. At haec illi auctoritate ac potestate muniti religiosa, fulmen stringentes anathematicum refractariis ejusmodi ἀνεργαστοῖς, sive reguli essent, sive principes, aqua & igni execrandis usi diris interdicebant, eoque metu perterritos ad frugem bonam revocare conabantur. Siquidem maxima haec apud eos erat poena ac gravissima. Nam quibus ita interdictum, impiorum illi ac sceleratorum numero habebantur, iis omnes decedebant, aditum eorum sermonemq; defugiebant, ne videlicet quid ex contagio incommodi acciperent.

E

pe.

γ. Eund. Idem. δ. Vid. Jodoc. Sincer. in Itiner. Gall. p. 566 seqq.

perent, neque iis petentibus jus reddebatur, neque ullus honor communicabatur. ε. Tanti quippe iudicabatur ab hominibus iustissimis a sacrorum communione arceri.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ.

Druidarum religio interdicta ab Augusto, Tiberio, Claudio. Lipsii sententia. Pitheci & Torrenii sententia Druidum mentio in Lampridio, Vopisco, Eusebio. Migrarunt e Gallia in Germaniam sub Carolis, Arnolpho & Ottonibus Christianam Religionem interpretentur. Concluditur.

ATque ita potissima Druidum *ἱερὰ δόξα* haec hactenus quidem, quoad ejus licuit, expendimus, unicus, & ille ultimus exantlandus jam nobis super est labos, de abrogatione eorum seu cessatione instituendus, qui tamen quam brevissime nobis evolvetur. Druidarum enim religio quum *divae immanitatis* esset, quum *νόμιμον ἑτάδοξον καὶ ἀμίστον* habuerint quum horrentes feris altaribus Divos nec nisi sanguine diro placandos coluerint, ut Scriptores *α* loquuntur, sane in eliminandis istiusmodi *βδελύμασιν* cultiores Romani nullo non tempore allaborarunt. Hinc post Caesarem statim Octavius Augustus illorum sacra civibus interdixit, teste Svetonio β & post ipsum Tiberii Caesaris principatus, agente Plinio γ. eorum religionem sustu-

a. Sveton. in Claudio. c. 25. Diodor. Sicul. l. 5. Bibl. Lucan. l. 1. de bel. Phars. β. ibidem. γ. l. 30. hist. mun. c. 1.

sustulit, quanquam iterum Svetonio δ autore eam utpote dire immanitatis & tantum civibus sub Augusto interdictam Claudius penitus aboleverit. Cui quoque adstipulatur Aurelius Victor ϵ Denique bonis autoribus, inquit, compressa per eum (Claudium) vitia, ac per Galliam Druidum famosa superstitiones. Quod ϵ $\nu\alpha\tau\tau\iota\theta\phi\alpha\upsilon\delta\upsilon\upsilon\upsilon\upsilon$ in comparabilis Lipsius ξ . ita conciliare annis est, ut Tiberium illos ex urbe tantum sustulisse, Claudium vero in Gallia etiam extirpasse censeat; cui hanc opinionem etiam M. Vossius η . suffragatur. Sed verisimilius paulo conjecturasse videtur P. Pithœus, θ Levinus Torrentius ι . alii qui contendunt, utrumq; quidem sustulisse detestabilem illum sacrorum ritum, quo humanis hostiis litare fas habebant; non ita tamen sustulisse, quin abolita apud Gallos feritatis vestigia, teste Melan. remanserint, & subinde forsan recruderint. Non enim tam facili negotio inveteratus apud populos mos & consuetudo extingui possunt, nec uno statim momento, quo hominibus prisca religio interdicitur, eo etiam & amor & cura priscae religionis iisdem evellitur. Et hoc ex historiis demonstratu haut erit difficile. Siquidem apud sequioris quoque seculi scriptores de durante hac superstitione legas, non in Britannia modo, sed in ipsis etiam Galliis, ut

E 2

ex

δ . ibidem. ϵ . in Claudio. ξ in notis ad 12. An.
Tacit. η . l. 1. Idolol. c. 35. θ . l. 1. advers sub-
sec. c. 3. ι . ad Sponon. n. l. 3. de su. orb.

ex Lampridio, λ. Vopisco, μ. Tacito, ν. Eusebio, ξ, cæterisque satis manifestum est. Ast isthac occasione accidit, ut quum Galliis plerique exturbarentur, in finitimas regiones & ipsam denique demigrarent plerique Germaniam, id quod Aventinus ο. satis aperte *Druidas*, ait, *Gallorum Philosophos & Vates Tiberius Imp. exegit omni Gallia, succisa eorum silva ipsi in Germaniam trans Rhenum demigrarunt.* Cuiusdem bene verbis etiam Celtes π. subscribit, quæ apud ipsum videantur. Quando vero utrobique tandem & in Britannia & Germania prorsus aboliti cessaverint, id nemo fere autorum, quos equidem norimus, tradidit. Quum enim post Constantinum M. Romano Imperio miserandum in modum turbaretur occidentale regnum, atque adeo ipsas etiam in primis Gallias Barbaris jugiter lancinantibus, Druidæ eorumque religio inobservati manserunt, nec in oriente scriptor ullus, quum certi quid flagrantibus bello Galliis nemo fors habuerit, quicquam de iis tradere aut voluit aut potuit. Celtes ρ de iis prædicat, quod sub Carolis Arnolpho & Ottonibus Christianam religionem interpretantes, totam Hercyniam in amœnis & irriguis vallibus, & aprorum ac cervorum saltibus sub annosis & nigris quercubus, à quibus

λ. in Alexandro. γ. in Aureliano. ν. in vita Agricola. ξ. l. 4. de præpar. Evang. ο. l. 2. An. Boj. in Tiber. π. in descript. Norimb. c. 3. ρ. loc. cit.

bus cœnobiorum suorum nomina, occupaverint. Et
 amplius idem subjungit: qui nunc divitiis & opibus
 ita crevere, ut regibus & principibus nostris non in-
 feriores sint, seu luxum seu arma consideres. Multi
 ex his ut divitiis & urbibus aucti fuissent, & ut illis
 dynastiam conjungerent, excusso religionis severo-
 ris jugo, abjectoque cucullo, quem adhuc statis anni
 temporibus ferunt, licentioris vite habitu popula-
 riter vivere cœperunt. Quibus quidem si can-
 didum quis calculum adjiciat, non pugna-
 mus, si nigrum, nec ipsi pugnamus, quum
 dubiosum sit, an ista testimoniis fide digno-
 rum satis confirmari queant. Atque ita no-
 bis heic de Druidibus dissertatiuncula nostra
 explicat, quam prolixius quidem, forsitan &
 jucundius, ampliare potuissemus, si quæ quo-
 quo modo infarciri quivissent, in cumeram
 nostram cum pulvisculo omnia convertere
 libuisset. Sed hoc, quos talia titillant, faciant:
 Nos rostrantis Momi morsum, nimisque ri-
 gidam censuræ normam deprecantes lucis,
 hisce ac quercetis lubentes egredimur, neque
 de materie paucitate conqueri quis jure
 possit, hasce abituri spar-
 gimus.



D E

THEOLOGIA PLATONICA.

PROOEMIUM.

Non opinor esse quenquam, qui PLATONIS nomen maximi semper reputatum fuisse aut neget aut nesciat. Præter enim Gentilium Gymnasia, quæ ille nunquam non insigni nominis sui admiratione complevit, adeo Christianorum quoque occupavit subsellia, ut per aliquot seculorum decursus ipse solus prope in iisdem gloriosum tenuerit principatum, hodieque multos in Theologorum scholis terminos usurpemus, quos ceu ἐπεὶ πια quædam & frustra minutula Philosophiæ ipsius feramus in acceptis. Verum enim vero ut fatales quædam periodi alternant in omnibus, ita eum circa *Alexandri Severi* imperium *Peripatetica Philosophia* suis quasi tenebris eluctaretur rursus, caputque sublevaret, Platonic

nica

nica paulatim suum occuluit, libentissimo
 quasi animo concessura filiae: donec otiosa
Scholasticorum hominum turba cerebrosis
 suis argutiis Platonico nomini tantas offudit
 tenebras, quantas vix longo tempore dispel-
 lere valuit. Revirescentibus tamen in Italia
 bonis literis, & PLATO quoque reviviscebat,
 ita quidem, ut ARISTOTELI victori hactenus
 & late regi nil quicquam tale metuenti pal-
 mam maxime redderet ambiguam. Hinc
 acerrime BESSARIONIS *Cardinalis* & GEORGII
 TRAPEZUNTII contentiones nascebantur,
 PLATONI illo, hoc vero ARISTOTELI primas
 deferentibus. JOHANNES equidem PICUS
Mirandulae Concordiaeque Comes in famosis
illis & paradoxis thesibus & hoc defenden-
 dum suscepit, nullum esse quæsitum naturale
 aut divinum, in quo ARISTOTELES & PLATO
 sensu & re non conveniant, quamvis verbis
 dissentire videantur, cum tamen illi mini-
 me lateret, jamdum olim a PROCLUSO observa-
 tiones scriptas esse eorum, in quibus ARI-
 STOTELES PLATONIS *Timaeo* contradiceret.
 Paria huic conati leguntur & ante Picum
 quidem inter Græcos SIMPLICIUS, inter La-
 tinos vero BOERIUS, & post illos apud JACO-
 BUM CARPENTARIUM FRANCISCUS CATANEUS
 JECCETIUS *Philosophus* & *Patritius Florenti-*

nus, MARSILII FIGINI auditor, sed quorum
 opera lucem non viderunt. Eidem quo-
 que labori inhæserunt SYMPHORIANS
 CHAMPERIUS Lugdunensis, insignis Medicus,
 de Platonis cum Aristotele Symphonia, & SE-
 BASTIANUS FOXIUS Hispalensis de consensione
 Platonis & Aristotelis in ea Philosophia parte,
 quæ de natura est, quorum tamen posterior,
 vel CARPENTARIO iudice, in plerisque neque
 Platonis neque Aristotelis sententiam est asse-
 quutus. Verum isthæc comparatio & con-
 ciliatio ut odiosa fortassean & difficilis fue-
 rit, ita hac vice quidem à me non institue-
 tur. Maneat Platonem, maneat & Aristote-
 lem, tanto Præceptore dignum discipulum,
 sua laus & honos, nec invidiæ aut temporis
 injuriam extimescens. Veniam tamen no-
 bis dabit, Aristoteles, si in iis, quæ ad DEUM
 & religionem spectant Platonem ipsi præfe-
 ramus, *θεῖον* scilicet *δαμονία*. Præsertim cum
 apud AURELIUM AUGUSTINUM tanti habeat-
 tur Platonis dogma, ut affirmare non vereat-
 tur, se de DEO & verâ religione cum solis Pla-
 tonicis disputaturum esse. Et alibi Plato-
 nem paucis mutatis verbis atque sententiis
 Christianum fieri posse. Quid quod olim
 quidam statuere non erubuerint, in Platone
 legendo Servatorem nostrum Christum dili-
 gen-

genter versatum, & ex eodem nobiliores sententias plerasque omnes hausisse. Cujus blasphemæ opinionis ipse quoque CELSUS fuit, qui hoc nomine acerbè taxatur ORIGENI *libr. VI. contra ipsum.* Atque abinde, fateor, non mediocriter erectus fui ad inquirendum, quidnam prolixis adeò & magnificis istis laudibus dignum circa divina in *Platonis* libris inveniatur: cumque *inclutæ Facultati Philosophicæ* disputationis loco quidpiam esset offerendum, quod sub manibus erat obtuli, non incongruum fore ratus, si in discipuli cathedra & ejus viginti annorum Præceptor audiretur. Theologiam autem inscripsi, sumptà voce in significato propriissimo, quo non tam omnes res divinas & cultum, quam sermonem & sententiam de Deo denotare solet. Faxit DEUS, ut omnia feliciter!

Thes. I.

NUMerosum istud Scholasticorum examen si unquam discordiis intestinis in vicem dissidens cognovimus, certè isthæc propositio: *Deus est*, tam acerrimo conflictui ansam præbuit, ut bellum illud majori ne odio an viribus gestum jure ambigas. Cùm enim de immediata hujusce propositionis notitia & naturali, non absoluta saltim, verùm etiam quoad nos disceptaretur, quanto molimine

Angelicum Doctorem cum asseclorum agmine RICHARDO, HERVÆO, CAPREOLO, DURANDO, GREGORIO de VALENTIA, SUAREZ, MOLINA, CAIETANO, BANNES, VASQUEZ, PESANTIO, TANNERO aliis pro negativa decertantem deprehendimus, tanto, non dicam majori, nisi ad huc contradicendum quasi conductus SCOTUS affirmativam stabilire allaborat, HENRICUM GANDAVENSEM, OCCAMUM, GABRIELEM, BIELEM & GREGORIUM ARIMINENSEM sociennos nactus. Quorum tamen argumentis recensendis, qui *Scotistis* alias hac in parte magis faveo, operam non impendam.

2. PLATONEM nostrum quod concernit, ut ut cognitionem Dei difficillimam & non cuivis manifestandam statuit, quando in *Timæo* sive de *Natura* ait: τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα ἴσθαι τὰ πάντα εὐρεῖν τὸ ἔργον, καὶ εὐρεῖν εἰς πάντα ἀδύνατον λέγειν: quæ verba ita CICERO interpretatus est: *Atque illum quidem quasi Parentem hujus Universitatis invenire difficile: Et cum jam inveneris, indicare in vulgus nefas.* Quod nefas alibi ulterius inculcat, ut *epistola ad Dionysium secunda*: Φρασεῖσι δὲ, inquit, σὰ δὲ ἀνιγμάτων ἴν' ἀντ' ἢ δὲ λήθη ἢ πάντῃ ἢ γῆς ἐν πυχῶσι πάθη. ὁ ἀναγνώστης μὴ γινώσκῃ. *Dicendum est igitur tibi nunc per ænigmata quedam: ut si quid huic tabelle vel mari vel terra contingat, qui eam legerit, intelligere non possit.* Et paulo inferius: εὐλαβῆσθαι μὲν τοι. μήποτε κείνη ἰαυτὴ εἰς ἀεθρώπυς ἀπαιδεύτης. χερόν γδ. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅσα δὲ τῶν πρὸς τὰς πολλὰς καταγελαστέων ἀνιστορήματα, ἃ δὲ αὐ

οὐδὲ τὴν ἐνθυμῶσιν ἰαυμασότερα τε καὶ ἐν θυσιάζουσιν
 τῶν. *Cave tamen ne excidant hæc unquam in
 aures hominum disciplina eruditionisque experti-
 um. Nulli enim sunt, ut mea fert opinio, quæ di-
 cta ad populum magis ridicula videantur: neque
 quæ apud ingeniosos prolata magis mirabilia & di-
 vina. Non potest tamen non ob celebratiss-
 imæ illius reminiscentiæ assertionem, a qua
 scientiam nostram omnem derivasse perhibe-
 tur, naturalem quandam de DEO notitiam
 adstruere. Cum enim aliis in locis præcipue
 vero in *Phædone* animam nostram priusquam
 in corpus laberetur extitisse autumet, omni-
 um quidem rerum cognitione præditam, cor-
 poris tamen induviis obscuratam, imo aboli-
 tam, renovandam tamen recordatione, adju-
 mentoque sensuum: notitiam utique Dei na-
 turalem animis nostris ingenitam ut statuat;
 vi hypotheseos tenetur. Hinc in *Protagoras*
Sophista quando imprudentiam *Epimethei* vi-
 res omnes in bruta effundentis, homini nihil
 relinquentis taxat, *Promethei* vero callidita-
 tem commendat, qui surripuerat in usum ho-
 minum *Vulcani Minervæque τὴν ἐπιτεχνον σοφίαν*
σὺν πυρὶ, & rationem reddit cur homines DEUM
 colant: ἐπειδὴ δὲ, inquit, ὁ ἀνθρώπος θείας
 μετέχευε μύρας, πρῶτον μὲν, διὰ τὴν τῶν θεῶν συγγέ-
 νειαν ζῶον μόνον θεὸς ἐνόμισεν, καὶ ἐπεχειρεῖ βωμῶν
 τε ἰδρύεσθαι, καὶ ἀγάλματα θεῶν, &c. Quoniam ve-
 ro homo divinae sortis particeps effectus est, principio
 solus ob hanc cognationem DEOS esse putavit, aras-
 que illis & statuas dedicavit.*

3. Nihilominus X. de legibus duos proponit modos probandi Deum, unum quidem ab effectis, quali ipsum PAULUM usum fuisse legimus *Actor. XVII.* alterum ab universi generis humani testimonio desumptum, quando ita ait: δοκεῖ γὰρ διοὺς εἶναι ἀληθεύοντες λέγειν ὡς εἰσὶ θεοί. Πρῶτον μὲν γῆ, καὶ ἥλιος ἄστρα τε καὶ ζῦμα πάντα, καὶ τὰ τῶν ὡρῶν διακεκοσμημένα καλῶς ἕτως αὐτοῖς τε καὶ μηδὲ διελημμένα. Καὶ οὕτως πάντες Ἕλληνας καὶ βάρβαροι νόμιζουσιν εἶναι θεοὺς. Facile est, veritatem hanc ostendere quod Dii sint. Primum quidem terra, Sol, Sidera, ipsumque universum, temporum quoque ornatissima varietas, annis, mensibusque distincta id ostendunt. Græcorum præterea barbarorumque omnium consensus, Deos esse fatentium. Huc spectat vulgaris quidem attamen elegantissimus MAXIMI, TYRII itidem Platonici locus *Dissert. i.* ἐν τῷ πρώτῳ δὲ πολέμῳ καὶ εἰρήνῃ καὶ διαφωσίᾳ, ἐναΐδοις αὖ ἐν πάσῃ γῆ ὁμοφρονον νόμον καὶ λόγον, ὑπὲρ θεοῦ εἰς πάντων βασιλεὺς καὶ πατήρ. Ταῦτα καὶ ὁ Ἕλληνας λέγει καὶ βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης καὶ ὁ θαλάσσιος, καὶ ὁ ἀσσοφίος: In hoc tanta pugna, contentione, atque opinionum varietate, in eo leges omnium atque opinionum convenire videbis, DEUM esse unum regem omnium ἔσπερον. In eo Græcus cum barbaro, mediterraneus cum Insulano sapiens cum stulto consentit.

4. Quod si vero φιλοσοφικώτερον desideras modum probandi Deum, Parmenidem evolvas, genuinam rerum Theologicarum sedem. Quanquam enim in omnibus suis Dialogis divina nonnunquam interspergat PLATO, non ubi-

ubique tamen eodem modo de istis differebat *Pythagoreorum* imitatus consuetudinem, qui nefas existimarunt, non modo de Deo, sed omnino de ipsa Philosophia cum omnibus eodem modo agere. Ex quo fonte profuxit etiam celeberrima ista operum *Aristotelicorum* distinctio in *Acroamatica* & *Exotericis*, ad priora non nisi probarissimos & ab ingenio florentes, ad posteriora vero quosvis admittente *ARISTOTELE*. Hinc accurato *Platoniorum* scriptorum Lectori probe observandum venit, ubi nam accurate & ex sua mente de materia quadam differere consuevit. Hujusmodi autem, quod *DEUM* spectat, *Parmenidem* esse, latisime demonstratum iuit *PROCLUS* *LYSIUS* l. i. *Theol. Platon.* c. VII. VIII. *seqq.* Inibi enim ad demonstrandum unum rerum omnium principium primum, quod est super omnia, & omnia ab illo, & est extra omnia; & in omnibus; & omnia per ipsum & ad ipsum, a proprietate unius & multitudinis sive numeri processit. Nam sicut ablato uno multitudo sive numerus non est, ne opinari nec cogitari potest: sic remoto uno primo *Entium* multorum principio entia alia non essent. Sicut ergo ex positione numeri & multitudinis concludimus necessitatem unitatis: sic ex positione multorum entium que ad sensum videmus concludendum est esse unum omnium entium principium. Vide *CHRYSOSTOMI* *JAVELLI*, *Canonicii Epitom. in Ethic. Plat Tom. 2. Oper. pag. 278.*

5. *Aristotelis* tamen rationem investigandi primum & summum Ens, a motu scilicet ad primum motorem progrediendo usurpare

not

non potuit, eo quod *Alcinoas c. 9. Instit. ad doctr. Platon.* Deum neque movere neque moveri Platonice ostendat. Hæc enim est Platonis & Aristotelis in hoc genere differentia, quod hic inter Deum & supremum orbem nullam aliam causam vel intelligentiam intercedere contendat, quæ illam moveat; ut adversus **GEORGIUM TRAPEZUNTIIUM** evincit **BESSARION** Cardinalis *Cap. ii. lib. III. in Calumniator. Platon. Platonici.* vero, quod **MARSILIUS FICINUS** in *Timeum* nos edocet, ipsum quidem universum a Deo esse volentem: sed ab intellectu formari, ab anima autem moveri. Imo hæc omnia a primo pendere: sed esse a primo tantum: formari vero ab illo per intellectum: moveri & movendo formari mobiliter, a primo per intellectum simul & animam, consulatur **CARPENTARIUS** in **ALCINOU** pag. 262. Huc apprime quadrat illud **NUMENII** citatum ab **EUSEBIO** *lib. XI. de præparat. Evangel. c. X.* τὸν μὲν πρῶτον θεὸν δεῦρον εἶναι συμπάντων, ἢ βασιλέα, τὸν δευτέρου θεὸν ἡγεμονεῖν δὲ ἕκαστων ἰόντων: Primum quidem Deum vacare ab omni opere, uti Regem: opifcem autem Deum imperare per cælum euntem. Similis farinae est, quod **AUGUSTINUS** **STEBUCHUS** **EUGUBINUS** *lib. 1. de perenni philosophia Cap. XVIII.* ex **CYRILLO** adducit, quod de loco postea videbimus. Quantum autem inter intellectum sive mentem, & Deum summum interfit, in frequentibus fortasse monstrabitur. Atque hinc meo quidem iudicio non usque adeo em tangit **JAVELLUS**, quando **I. C. PLATONEM** a

MOTU

motu ad primum movens procedere dicit movens istud, quod PLATO animam mundi vel universi identidem appellat, DEUM summum interpretatus, plane contra mentem Philosophi, ut mox patebit,

6. Cæterum varia quidem divina nomina apud PLATONEM inveniuntur, quanquam ipse DEUM ineffabilem statuat, prout *ex magna eius Epistola* verba hæc citantur ab EUSEBIO *lib. XI. de præparat. Evangel. c. 12. Fabile*, inquit. *nullo modo est: sed ex multa in hæsiōne in bærentiaque, ut ita dixerim: circa rem ipsam & vitæ integritate repente quasi ab igne accensum lumen animo innascitur, quod se ipsum alit.* Æmulatus fors Judæos, qui ad impossibilitatem & percipiendi & proferendi divinum nomen denotandam, istud ἀνεκφωνήτοισι elementis scribebant, ut proferri non possit, quemadmodum habet EUSEBIUS loco citato. Præprimis autem in CRATYLO, ubi de recta nominum ratione habet, Jovis nomen enucleat, tanquam παγκάλως κείσθαι. Ἰσὶ δὲ ἢ ῥάδιον κατανοῆσαι. ἀτεχνῶς γὰρ Ἰσὶν οἷον λόγῳ τὸ τῆς Διὸς ὄνομα. διελόντες δὲ αὐτὸ διχῆ, οἱ μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει, οἱ δὲ τῷ ἑτέρῳ χρώμεθα. οἱ μὲν γὰρ τῆνα οἱ δὲ Δία καλεῖσιν. συντηθεύλα δ' εἰς ἓν δηλοῖ τὴν φύσιν τῆς θεῆς, ὃ δὲ προσήκειν Φαμὲν ὀνόματι οἷον τι εἶναι ἀπεργάζεσθαι. ἔ γὰρ Ἰσὶν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι ὅστις Ἰσὶν αἰεὶ μᾶλλον τῆς ζῆν ἢ ὁ ἀρχῶν τι καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων: Jovi recte nomen est inditum, neque tamen facile cognitu. Est enim velut oratio quedam Jovis nomen, quod quidem bifariam partientes, partim una, partim altera par-

te utimur, *Quidam Ζήνα, quidam Δία vocant.*
Quae partes in unum compositae, naturam Dei ipsius
ostendunt, quod maxime debet nomen efficere posse.
Nulla enim nobis ceterisque omnibus vivendi ma-
gis causa est, quam princeps, rexque omnium. Ni-
 hilominus paulo post nomina Deo tributa
 non ipsam eius naturam, sed hominum cir-
 ca eum affectionem saltim significare con-
 tendit, quando *Socrates Hermogeni* reliquorum
 divinorum nominum explicationem postu-
 lanti respondet: *Ναὶ ἡμεῖς γε, ὦ Ἑρμόγενης, εἰ-*
πὲρ γε νῦν ἔχομεν ἓνα μὲν τὸν κάλλιστον τρόπον, ὅ-
τι πρὸς θεῶν ἕδὲν ἴσμεν, ἕτερον αὐτῶν ἕτερον πρὸς τῶν ὀνο-
μάτων, ἃ τὰ ποτὲ ἑαυτοῦς καλεῖται. δῆλον γὰρ ὅτι
ἐκεῖνοι γε ἄλλοι καλεῖται. δεύτερον δ' αὖτε τρόπον
ὁρεσθήσεται, ὡς περὶ τῶν εὐχαῖς νόμος ὅστις ἡμῖν
εὐχεσθῆναι, οἷον τε καὶ ὀπίθεν χαίρειν ὀνομαζό-
μενοι ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοῦς καλεῖται, ὡς ἄλλοι μὴ
δὲν εἰδότες. καλῶς γὰρ δὴ ἔμοιγε δοκεῖ νομοθετεῖν.
Εἰ δ' ἐν βλάβει σκοπώμεν, ὡς περὶ προσηκόντες τοῖς θεοῖς
ὅτι πρὸς αὐτῶν ἕδὲν ἡμεῖς σκεψόμεθα. (ἔτι γὰρ ἀξιό-
μενοι οἱοί τ' εἶναι σκοπεῖν) ἀλλὰ πρὸς τῶν ἀνθρώ-
πων, ἢν ποτὲ τίνα δόξαν ἔχοντες, ἐτίθεντο αὐτοῖς τὰ
ὀνόματα. τὸ γὰρ ἀνεμείσητον: Certe nos quidem si
mentem haberemus, Hermogenes, precipuum recti-
tudinis modum arbitraremur, fateri nihil nos de Di-
is cognoscere, neque de ipsis inquam, neque de ipso-
rum nominibus, quibus ipsi se vocant. Constat enim
illos quidem veris se nominibus nuncupare. Secun-
dum vero recte denominationis modum existimo, ut
quemadmodum lex in votis statuit precari Deos,
quemodocunque nominari his placet ista nos ip-
ses

sos vocemus, tanquam nihil aliud cognoscentes. Re-
 cte namque ut mihi videtur, est decretum. Quare
 si vis ad hanc investigationem pergamus, primo qui-
 dem Deus præfati, nos nihil de ipsis confidematuros:
 neque enim posse confidimus: Sed de hominibus po-
 tius, qua potissimum opinione circa DEOS affecti
 nomina ipsi instituerunt. Hoc enim à divina in-
 dignatione procul. Hinc non solum in *Cratylō*, ve-
 rum etiam in *Philelo* divina nomina venerari
 jubet, atque, ut significat in *Legibus*, multo
 etiam magis quam delubra statuasque divi-
 nas. Expressior si quidem DEI imago in ar-
 tificio mentis, præsertim afflatæ divinitus,
 quam in manuum operibus reservatur. Et
 cum juxta PLATONEM, verum nomen nihil a-
 liud sit, quam rei ipsius vis quædam mente
 primum concepta, voce deinde expressa, lite-
 ris demum significata, rei divinæ necessario
 virtus inest divina, & proinde Dei nomina ma-
 xima veneratione sunt prosequenda, ut con-
 cludit MARSILIUS FICINUS *Comm. in Cratylō*:
 Quid quod liber iste nimis *πλατωνικός*, qui
 sub DIONYSII AREOPAGITÆ nomine circum-
 fertur, sed falso, ut pleraque si non omnia i-
 stius seculi scripta, in divinis nominibus o-
 mnia Theologiæ mysteria exquisivit. Certe
 PLATONIS nomina, quibus Deum vocare con-
 suevit plena Theologiæ sunt, ut habet AUGU-
 STINUS STEUCHUS EUGUBIUS *lib. V. de perenni
 Philosophia cap. 7.* Scilicet τὸ ἀγαθόν, ἰδέα τῆς
 ἀγαθῆς, βασιλεὺς τῆς νοητῆς φύσεως καὶ τὸ πᾶν, τὸ ἡ-
 λιον

λιον ἡρώσας, ἐπέκεινα τῆς ἔσσης, τῶ πάντος δέχῃ,
 ἀφ' ἧ εἶναι Ἰη, καὶ ἡ ἔσση τοῖς γνωσσομύοις, ἀ-
 γα' ἴω ἀπὸ, κακῶν ἀναίτιον, ἀλλ' εὐπραγίας
 καλῆς ἀπὸ λέν, ἀληθές, *Ipsum bonum, Idea bo-
 ni Rex generis & loci invisibilis, Genitor Solis, Ul-
 tra substantiam, Principium Universitatis, A quo est
 esse, & substantia his que noscuntur, Bonorum autor,
 malorum non autor, felicitatis prosperitatis autor,
 pulcherrimus, optimus, simplex, verus.* Ut plura
 non enumerem. Quæ quidem varia nomi-
 na ideo adhibentur, ut multa variaque bona a
 divina bonitate largissime profluentia decla-
 rant, quemadmodum loquitur **MARSILIUS
 FICINUS** *Comm. in Pseudo Dionys. de divin. Nom.*
 quem vide. Præprimis autem consideratio-
 ne dignum est, quod **PLATO** in *Timæo* mundi
 exordium aggrediens hanc præmittat divi-
 sionem: *Aliud esse τὸ ὄν, ipsum quod est, aliud τὸ
 γινώσκον, id quod fit.* Quid enim aliud τὸ ὄν
 significat, quam istud Tetragrammaton, a
 Græcis ὁ ὄν explicatum, solo ab hoc genere
 distinctum? Quæ variatio jure quidem dua-
 bus de causis facta videtur **AUGUSTINO STEU-
 CHO**, tum quod Neutrum genus non est apud **He-
 braeos**, tum quia videtur esse plenius, dicere **DEUM**
*Ipsum esse, ut totam existendi plenitudinem nomen
 complectatur, quàm τὸν ὄντα, i. e. existentem.* Plus
 enim significant ipsarum nomina naturarum, quam
 derivata ab illis. Ut qui dicitur *vita*, non *vitalis*:
salus, non *salutaris*: & de malis *scelera*, potius quam
selevati: & portentum magis ac portentosum, *libr.*

III. de perenni Philosophia c. 7. Sed de his satis.

7. Verum enim verò utut DEUM nobis incomprehensibilem dicat PLATO, inter ejus tamen definitiones, sub finem Operum, ea Dei invenitur definitio, sive malis descriptionem dicere, quæ sic habet, Θεὸς ζῶον ἀθάνατον, αὐτὰρ ἐνὲς ἑαυτοῦ εὐδαιμονίας. ἰσοία αἰδιότης, τῆς τ' ἀγαθῆς φύσεως αἰτία: DEUS est animal immortale, ad beate vivendum se ipso contentum; vis sempiterna, & bonæ naturæ causa. Quæ quidem definitio licet nævis suis laboret, (quis enim perfectam ab alio nisi ipso Deo perfectissime se cognoscen- te poterit expectare?) non omnino tamen rejicienda videtur. Siquidem apud PLATONEM animalis vox Spiritibus quoque attribuitur, quod cuivis ejus Scripta legenti non potest non esse manifestissimum, eo quod ad perfectissimum vivendi genus significandum convenientius vocabulum non occurrebat. Imo ARISTOTELES quoque aliquoties Præceptorem hic sequutus, Deum ζῶον dicere non veretur, ut lib. 1. de plantis c. 1. l. 5. Top. cap. 1. lib. 5 Metaph. c. XXVI. & alibi,

8. Cum autem definitiones, quæ de Deo circum feruntur, nihil aliud sint, quam conglobatio attributorum, ut vocant, divinorum, opus erit, ut eadem quoque ex PLATONE nostro eruantur. Et quidem si ab Unitate DEI sit initium, tam crebra eadem in PLATONE legitur, ut omnibus enumerandis chartæ hæ non sufficerent. Præsertim in Parmenide disputat

subtilissime, quo pacto ipsum unum rerum omnium principium fit, super omnia, omniaq; ab illo. Quo pacto ipsum extra omnia fit, & in omnibus, omniaque ex illo, per aliud atque ad illud. Deinde gradatim ad hujus unius, quod super essentiam est, intelligentiam gradatim ascendit. Unum quippe in triplice ordine reperitur? In iis quæ fluunt atque sensibus subjiciuntur, & sensibilia nominantur. In iis etiam, quæ semper eadem sunt, & intelligibilia nuncupantur, non sensibus amplius, sed sola mente percipienda. Nec in iis tantum, verum etiam supra sensum & sensibilia, intellectumque & intelligibilia ipsum unum existit. Vide omnino MARSILIUM FICIN. in *Parmenid.* ubi simul invenies novem istas suppositiones, quas PROCLUS aliique de PLATONIS schola ad probandam Dei unitatem ex *Parmenide* eruerunt. Nec obstat Unitati, quod divinitatis nomen PLATO multis attribuat, duoque Deorum genera constituat, quorum primum sunt intelligentiæ cœlestes, de quibus in *Timæo* & *Epinomide*, alterum quos Dæmones seu obscuros vocat, quod non ut sidera appareant, itidem l. c. eos tamen omnes a summo Deo creatos & productos multis in locis asserit, præcipue autem in *Timæo*, quando absoluta minorum Deorum genealogia mundi creatorem summum, creatis Diis corpora mortalia condendi facultatem largientem introducit: λέγει πρὸς αὐτὸς ὅτι οὗτος τὸ πᾶν ἔκτισεν, καὶ

δε, θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργός, πατὴρ τε ἔργων, ἀ-
 δι' ἐλκῆ γρόμματα ἀλυτα, ἑμῆ γέθηλον. τὸ μὲν εἶς
 δὴ θεθὲν πᾶν λυτὸν: *Tum ad eos mundi genitorita*
fatur: Dii orti ex Diis quorum opifex ego & pater
sum, hæc attendite; Quæ a me facta sunt me im vo-
lente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vi-
ditum est, solvi potest. Et paulo post subjungit:
 τρίπιδε κτ' Φύσιν ὑμεῖς ὅτι τὴν τῶν ζώων δημιερ-
 γία, μιμύμφοι τὴν ἐμὴν δύναμιν ὡς τὴν ὑμῶν γυε-
 σι: *Accedite vos secundum naturam ad anima-*
lium generationem, ita ut vim meam imitemini,
quæ in ortu vestro sum usus. Præterea multum
 dabat mori patrio PLATO noster, non ausus
 proloqui, quod in corde condemnabat, ob ci-
 cutæ timorem, qua præceptorem Socratem oc-
 cifum in recenti memoria habebat. Nullibi
 tamen magis astra deificat, & colenda propo-
 nit, quam in *Legibus & Epinomide*, quod cives
 suos ad manifestiorem quasi pietatem perdu-
 ci posse opinaretur, si manifestiora eis osten-
 dantur numina, a quibus hæc inferiora guber-
 nentur. Illum autem maximum DEUM id
 circo non tam perspicue adorandum propo-
 suit, quod qualis esset, & quomodo colendus
 nec enarrari nec describi posset. Hinc sciens
 & prudens confessus est, se cum serio loque-
 retur, DEum nominaturum; cum minus se-
 rio, plures Deos. Sic enim in *Epistola ad Dio-*
nyfium: De signo, inquit, Epistolarum, quas studio-
se & quas minus scribam, arbitror te meminisse. Ve-
rum cognosce animumque intende. Multi enim

sunt qui me jubeant scribere, quos non sit facile rejicere. τῆς μὲν γὰρ ἀρχαίας Ἐπιστολῆς θεὸς ἀρχεῖ, θεὸς δὲ τῶν ἡττοῦ. Nam serie epistola DEUS præest, Dii autem minus serie.

9. Sic simplicitatem DEI ex Parmenide PROCLUS toto Cap. XIX. Theolog. Platon, prolixè demonstrat, discursum tandem hunc in modum concludens: Si igitur Dii sunt omnis compositionis autores, & ipsorum Entium varietatem ex se ipsis producunt, oportet profecto illud ipsorum unum, quod res procreat, in simplicitate suam hypostasin, & essentia fundamentum habere. Etenim ut corpora in corporea & ea quæ moventur, immobiles, & omnia dividua individua causa semper antecedunt, sic etiam intellectuales facultates quæ sunt uniformes, antecedunt eas, quæ sunt multiformes, & illa, quæ cum nulla re sunt mixta, antecedunt illas, quæ sunt multiplices & varia. Hucusque PROCLUS.

10. Porro bonitatem DEI lib. II. de Repub. fideliter inculcat, exinde concludens, eum malorum causam non esse: Nonne bonus & ipse DEUS est; & ita dicendum? procul dubio. atque nullum bonum noxium est, annon? nullum, ut arbitrer. quod innoxium est, numquid nocet, numquid malum facit? neque istud quidem quod autem nihil mali facit, nullius mali est causa? nullius. Item, nonne conducibile unum est? prorsus. ergo bene feliciterque agendi causa est? est. non igitur omnium causa bonum est, sed eorum, quæ bene se habent causa eorum vero quæ male, nequaquam? sic est omnino. Non igitur DEUS, cum bonus sit, omnium causa est, ut multi dicunt, sed paucorum quibus in
causa

causa est, multorum vero extra causam. Multo enim pauciora nobis sunt bona quam mala. καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἕδρα ἄλλον αἰτιατίον. τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἅπτα θεὸς ζῆειν τὸ αἶμα, ἀλλ' ἔτὸν θεόν. Et alibi: ὁ θεὸς τὸ ἀγαθὸν ἔκτ' πρῆν ἀλλ' κτ' φύσιν: DEUS est bonum non honore, sed natura. Infinitatem vero & immensitatem in divino Parmenide operosus est demonstrare PLATO, quemadmodum non solum ex contextu ipso, verum etiam ex PROCLUSO in Theolog. & MARSILIO FICINO in Parmen. cuilibet patefcit.

11. Sic æternitas DEO quoque attribuitur, quando in Timæo αὐτοφύης, sui ipsius genitor, vel a se ipso natus nominatur. Quia si DEUS nascitur a se ipso, nec vel a nihilo, vel ab alio nasci potest, necessario semper fuit DEUS, a quo DEUS ipse nasceretur. Si DEUS est, non est natus ex nihilo, non aliquo alio; in æternum igitur fuit ipse sui causa. Ostenditur itaque hoc ipso DEUM suimet esse principium æternum, & a se habere quod est. Vide omnino AUGUSTINUM STEUCHUM libro V. de perenni Philosoph. c. II.

12. Similiter Plato in Parmenide solum DEUM ait absolutissimam possidere scientiam qua possit etiam res humanas omnes cognoscere: ὅτι ἂν πῶς μᾶλλον θεὸν ἔχει τὴν ἀρετὴν εἰς τὴν ἀπιστήμιαν, οἷός ἐστι ὁ θεὸς παρὰ ἡμῶν γινώσκων. αὐτὴν ἀπιστήμιαν ἔχων. Et quod apud Deum sit hæc dominatio omnia noscendi. Justitiam quoque ejus in Theæteτο eleganter adstruit: θεὸς ἕδρα μὴ ἕδρα ὡς ἀδικῶν, ἀλλ' ὡς

ὄιοντε δικαιοτάτῳ. i.e. Deus nullo modo est injustus, sed ut convenit, justissimus.

13. De veritate DEI elegantissimus habetur locus *lib. II. de Rep.* ubi, cum enumerasset Deo nullas mentiendi causas superesse, hæc subjungit: ὅτι ἂν ὅτιν ἔνεκα ἂν θεὸς ψεύδοιτο. ὅτι ὅτι. πάντα ἄρα ἀψευδὲς τὸ δαιμόνιον τε καὶ τὸ θεῖον. παρὰ τὰς μὲν ἔν, ἔφη. Κοιδοῦ ἄρα ὁ θεὸς ἀπὸ λῆν καὶ ἀλθεῖς ἐν τῷ ἔργῳ καὶ ἐν λόγῳ. καὶ ἔτε ἀυτοῦ μεθιστάται, ἔτε ἄλλας ἔξαπαλα, ἔτε καὶ Φασίαιας, ἔτε καὶ λόγους, ἔτε καὶ σημείων πομπὰς ἔθ' ὑπὸν ἔθ' ὄναρ: Non est igitur cur DEUS mentiatur. Non. Ergo omnino sine mendacio est Deorum Demonumque natura. Omnino. Quare ἔ simplex omnino DEUS, ἔ verax dictis ac factis, neque mutatur ipse, neque alios decipit, neque per visiones, neque per sermones neque signis immittendis, neque nobis dormientibus neque vigilantibus.

14. Et hæctenus primaria Dei attributa ex Platone mutuata strictim proposui, quorum quidem copiosiore segetem Plato suppetere, ni chartæ parcendum & ad alia non minus relatu digna properandum esset. Restat enim tremendum illud Trinitatis mysterium, cujus quoque notitia non leviter PLATONEM nostrum volunt tinctum, qui efflictim amant. Age videam, quibus rationibus adducti tale quid sibi persvadere potuerint. Et agmen quidem ducat EUSEBIUS PAMPHILI omnium primitivæ Ecclesiæ Christianorum ἱστορικῶ-
τάτῳ, qui XI. *προσφασαδῆς* libro c. XX. Platone-
nem Hebraorum de divinitate oracula subobscurè li-

et, in epistola ad Dionysium scripta his verbis adum-
brasse contendit: Φρασεόν δὴ σοι δι' ἀνιγμάτων.
ἢ ἂν ἡ δόλιθ' ἢ πόντος, ἢ γῆς ἐν πύλαις πάθη, ὁ
ἀναγνώσκει μὴ γινώσκῃ. ὡς γὰρ ἔχει. ὡς δὲ τὸν πάντων βα-
σιλέα πάντ' ἔστι, καὶ ἐκείν' ἕνεκα πάντα, καὶ ἑκείν' ὅ
ἀίτιον ἀπάντων καλῶν. δεύτερον δὲ ὡς δὲ τὸ δεύτε-
ρον, καὶ τρίτον ὡς δὲ τὰ τρίτα. ἢ ἐν ἀνθρώπινῃ ψυ-
χῇ ὡς ἂν ἀνὰ ὀρέγεια μαθεῖν ποῖα ἅπτα ἔστι βλέψου
εἰς τὰ αὐτῆς συζευῆ: Dicendum est igitur tibi
nunc per anigmata quaedam: ut si quid huic tabellae
vel mari vel terra contingat, qui eam legat intelli-
gere non possit. Est autem ita; Circa omnium re-
gem cuncta sunt: ipsius gratia omnia: ipse pulchro-
rum omnium causa: circa secundum secunda: ter-
tia circa tertium. Humanus animus affectat qua-
lia illa sint, intelligere, aspiciens in ea, quae sibi co-
gnata sunt. Quibus sua annectit EUSEBIUS:
Τὰυτὰ οἱ τὸν Πλάτωνα Διασαφῆν περιωιδροί, ἔπι
τὸν πρῶτον θεὸν ἀνάγισιν, ἔπι τὸ δεύτερον Αἴλιον
καὶ τρίτον τὴν τῆ κοσμοῦ ψυχὴν, θεὸν τρίτον καὶ αὐ-
τὴν ὀριζόμενοι εἶναι: Hæc Platonis verba, qui expli-
candam Philosophi mentem suscepere, ad primum
Deum secundumque principium referunt, nec non
ad tertium, quam mundi Animam Deumque terti-
um ipsi quoque appellare solent. Et lib. XIII. cap. 13.
in allegata Platonis verba sic quasi commen-
tatur: ἢ καὶ ἄλλως ἔγωγε ἔξακείω, ἢ τὴν ἀγίαν Τριά-
δα μὴνύεσθαι. τρίτον μὲν γὰρ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα
τὸν δὲ τῶν δευτέρων, δι' ἃ πάντα ἐγένητο καὶ βέλη-
σιν τὰ Πατέρας: Equidem ista non nisi de Sanctæ
Triade accipio, & tertii quidem nomine Spiritum S.

secundi vero Filium intelligo, per quem ex Patris voluntate facta sunt omnia.

15. Succedat huic AUGUSTINUS, de Porphyrii Platonici principiis sic differens cap. XXIII. l. X. de C. D. *Quæ autem Porphyrius dicat esse Principia tanquam Platonici, novimus. Dicit enim DEUM Patrem & DEUM Filium, Græcæ appellat paternum intellectum, vel paternam mentem: de Spiritu autem Sancto, aut nihil, aut non intelligo. Si enim tertiam, sicut Plodinus, ubi de tribus principalibus substantiis disputat animæ naturam etiam iste vellet intelligi: non utique diceret horum medium, id est, Patris & Filii medium. Postponit quippe Plodinus animæ naturam paterno intellectui: iste autem cum dicit medium, non postponit, sed interponit. Et nimirum hoc dicit ut potuit, sive ut voluit, quod nos Spiritum Sanctum nec Patris tantum nec Filii tantum, sed utriusque Spiritum dicimus. Liberis enim verbis loquuntur Philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, qua his significantur, impiam gignat opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo vel tria principia, cum de Deo loquimur: sicut nec duos Deos, vel tres nobis licitum est dicere: quamvis de unoquoque loquentes, vel de Patre, vel de Filio, vel de Spiritu Sancto, etiam singulum quemque Deum esse fateamur. Ex quibus videre licet AUGUSTINUM taxare quidem loquendi modum, quod tres personas in Divinitate principia tria dixerint Platonici, ipsius tamen mysterii*

sterii quandam notitiam non omnino iis de negare.

16. Sic D. CYRILLUS Platonis & discipulorum sententiam hisce verbis proponit apud STEUCHUM *l. 1. de perenni Philosoph. c. XVIII.* ὁ γὰρ Πλάτων θεόν μὲν τὸν ἀνωτάτω φησὶ τὸ ἀγαθόν, ἐξ αὐτοῦ γὰρ μὲν ἀναλάμψαι τὸν κόσμον, καὶ τὸ εἶναι τὸν παρὰ τὸν κόσμον δημιουργόν: ὄντι δὲ αὐτῷ αὐτῆς τῆς πρώτης, καὶ τρίτης εἰσφέρει ψυχὴν ἀφ' ἧς τὰ πάντα κινεῖσθαι φασί. *Itaque Plato, inquit, supremum quidem, altissimumque DEum fatetur ipsam summum bonum. Caterum ex eo emicuisse mentem, & banc esse proximum mundi opificem, primo manente in quiete, & vocatione. Tertiam inducit animam, a qua cuncta fieri, agitarique censet. Huc pertinet, quod idem CYRILLUS contra Julianum refert, Porphyrium sententiam Platonis explicantem tres in essentia divinitatis substantias statuere, DEum omnium maximum atque optimum deinde Creatorem, tertium animam mundi, nec ulterius Deitatem progredi. Vid. doctissimus Hispanorum LUD. VIVES. in Comm. super allegatum Augustini locum.*

17. Sed antequam progrediar necesse erit, ut PLATONIS primaria de Trinitate dicta heic interspergam. Et quidem *lib. VI. de Republ. Socrates* cum satis sibi de ipsius boni natura videretur disputasse, putaretque majorem esse rem, quam ut dicendo explicare posset. inquit: ἀλλὰ, ὦ μακάριοι, αὐτὸ μὲν εἶπὼς ἴδὲ τὸ ἀγαθόν, ἐάσω μὲν τὸ νῦν εἶναι. πλέον γὰρ μοι φαίνεται ἡ κατὰ τὴν παρὰ τὸν κόσμον ὁρμὴν ἔφικέσθαι τὸ γὰρ δοκεῖν εἶναι μὲν

μοὶ τὰ νῦν. ὡς δὲ ἐκγονός τε τῆ ἀγαθῆ φαίνεσθαι, καὶ
ὁμοίωται ὁ ἐκείνῳ λέγειν θέλω, εἰ καὶ ὑμῖν φίλον:
εἰ δὲ μὴ, εἶεν: *Verum quid ipsum Bonum sit, beati
viri, in aliud tempus differamus. Majus enim mihi
videtur, quam ut hac intentione animi consequi
possimus. Quod vero hoc tempore malim explicare
illud est, quid sit boni ipsius Filius, simillimus illius.
Si modo id quoque vobis libet. Nam alioquin re-
linquamus.* Id vero cum hoc loco se velle di-
ceret Glaucus, sermonem de Patre in commo-
dius tempus rejiciens, tum Socrates de partu
& Filio Boni disputaturum se præfatur, & post
paucas interrogationes ait: *Bonum esse Solem
quendam, Filium ejus esse vim videndi, quam a So-
le habemus.* Non minus perspicue Patris & Fi-
lii fit mentio in *Epistola ad tres amicos Hermiam,
Erastum & Coriseum*, ubi eos sic hortatur: ἑ-
πομνήσας ἀποδοῦν τε αἶμα μὴ ἀμέσῳ, καὶ τῆ τῆς
ἀποδοῦς ἀδελφῆ παιδεία, τὸν πάντων θεὸν Αἰτιον,
καὶ τῆ Ηγεμόν, καὶ Αἰτίῃς πατέρα Κύριον ἐπο-
μύντας, ὃν εἶεν ἀργῶς φιλοσοφῆτε εἰσεσθῆ: *Dum ju-
ratis, inquit, studio non illiberali, ac studii serore do-
ctrina mutuo conjuncti, per Deum ipsum verum o-
mnium sive presentium, sive futurarum Præsidentem
nec non Præsidis etiam Principiique Parentem Do-
minum juretis, quem quidem, si modo recte philoso-
phabimini, cognoscetis.* De quo loco sic EUSE-
BIUS l. XIII. c. XIII. præpar. *Evang.* Σιωπῶ Πλάτω-
να, ὃ αὐτίκως ἔτ' ὅσοι τῆ πρὸς Εὐαστὸν καὶ Κορίσ-
κον Ἰησοῦ φαίνεσθαι, Πατέρα, καὶ τὸν ὅτι οἰδ' ὅ-
πως ἐκ τῶν Ἐβαρίτων Φωνῶν ἐκ φαίνων: *Platonem
præterea, qui palam ac perspicue, in ea quam ad E-
rastum*

taſtura & Coriſcum ſcribit Epiftola, Patrem ac Filium, nescio quo pacto, ex Hebraicis literis palam ac manifeste aperit.

18. Nec ab hac PLATONIS mente & doctrina de tribus Regibus five personis in divinitate abeunt ejusdem ſucceſſores & alii. Sic enim NUMENIUS Pythag. Ἐν μέλλουσα συνύσαι πρὸς θεῶν πρῶτον καὶ δευτέρου, καὶ πρῶτερον διάλεξαι ἑκάστα καὶ τίξαι, καὶ ἐν εὐθυμοσῆνῃ πινί. καὶ πινίαι, ἵπῶν δοκῆ, ἤδη εὐ ἔχειν τὸ τε ὀπιχειρεῖν εἰπεῖν κοσμίως. ἄλλως δὲ μη θεὸν δὲ προσκαλεσάμεν αὐτὰ γνώμονα γενόμενον. τῷ λόγῳ δεῖξαι θησαυρον Θεογνίδων. δεχόμεθα δὲ ἴτω. ὁ θεὸς ὁ μὲν πρῶτος ἐαυτῶ ὦν, ἴσιν αἰὼ ἀεὶ, ἀλλὰ τὸ εἰαυτὰ συγκινόμενον δι' ὅλα, μηδέποτε εἶναι διακετόν. ὁ θεὸς μὲν τοι ὁ δευτέρος καὶ ὀστρίος, ἴσιν νεῖς. καὶ τὸ διμικρογῆν δὲ θεῶν καὶ εἰνανομίζεσθαι πατέρα τὸν πρῶτον θεόν: Qui cogniturus est de primo DEO & secundo, oportet prius distinguat in ordine, & quadam animi tranquillitate. Tum si bene habere videatur, aggredi ad dicendum decore. Aliter abſtendum. Invocato igitur Deo ſibi conſcio, verbis aperire theſaurum cogitationum. Incipiamus autem ſic: DEUS primus quidem in ſeipſo exiſtens eſt ſimplex, quod ipſe ſibi ubique conjunctus nec usquam dividuus. At & ſecundus DEUS, & tertius eſt unus. Verum oportet noſſe, Patrem primum DEUM eſſe praepoſite DEO.

19. PLOTINUS vero platoniorum tenens principatum integrum librum πρῶτων δεξιῶν ὑποστάσεων, de tribus principalibus ſubſiſtentiis conſcripſit, in quibus idem cum Numero

mero

MERO profitetur, ipsum summum bonum esse
 primam hypostasin, secundam vero ipsam
 mentem, tertiam vero Animam mundi. In-
 signis quoque locus est in principio libri contra
 Gnosticos: ἐπειδὴ τοίνυν ἐφάνη ἡμῖν ἡ Ἔ ἀγαθὴ
 ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ πρώτη πάντων ἡ ἰσὺς πρῶτον. ἔχ' ἀ-
 πλῆν, καὶ ἑδὲν ἔχοντα ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐν π, καὶ τὰ ἑνός
 λεγομένης ἡ φύσις ἡ αὐτή, καὶ γὰρ αὐτὴ σὲκ' ἄλλο, εἴτε
 ἦν, ἔδὲ τῆτο ἄλλο, εἴτα ἀγαθόν. ὅταν λέγωμεν τὸ
 ἑν, καὶ ὅταν λέγωμεν τὸ ἀγαθόν, ταυδεῖ νομίζου τὴν
 φύσιν, καὶ μίαν λέγειν, ἢ κατηγοροῦντας ἐκείνης ἑδὲν,
 δηλοῦντας δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ὡς ὄντων, καὶ τὸ πρῶτον
 δὲ ἔτος, ὅτι ἀπὸ λέγειται, καὶ τὸ ἀπλῆρες, ὅτι σὲκ' ἐκ
 πλείονων. ἔτος γὰρ ἀναρτηθήσεται εἰς ἰα, ἐξ ὧν, καὶ
 σὲκ' ἐν ἄλλω καὶ πᾶρ' ἄλλω. ἢ ἐν μη παρ' ἄλλω, μη-
 δὲ ἐν ἄλλω. μηδὲ συνθεσις μηδὲ μία, ἢ τοίνυν δεῖ
 ἀφ' ἐτέρης δεχάσθαι ἵεναι, ἀλλὰ Ἔ τὸ πρῶτον ἰσὺς,
 εἶνα νῆν, μετ' αὐτὸ καὶ νοῦν πρῶτως. εἴτα ψυχήν μὲν
 νῆν, αὐτὴ γὰρ ἰσὺς καὶ φύσις, μήτε πλείων τῶν
 ἰσὺς ἐν τῶ νοῦν. μήτε ἐλάττω. εἴτε γὰρ ἐλάττω, ἢ
 ψυχὴν καὶ νῆν ταυτὸν φύσις, ἢ νῆν καὶ τὸ πρῶτον.
 ἀλλ' ὅτι ἔτερος ἀλλήλων, εἰδείχθη πολλαχῆ: Quo-
 niam apparuit nobis Boni natura simplex Ἔ prima.
 Omne enim quod non est primum, non est simplex:
 Et nihil habens seipso alia, Unum est quid. Et ejus
 quod dicitur Unum natura eadem. Etenim hac ip-
 sa non est, aliud deinde unum. Neque hoc aliud est,
 deinde Bonum, quum dixerimus bonum, oportet e-
 andem sentire naturam, Ἔ unum dicere, non pre-
 dicantes de ea quicquam: sed declarantes nobis i-
 psum, ut possibile est. Ac primum hoc modo, quod sit
 simplicissimum, Ἔ sufficiens per se, quod non sit ex
 pluri-

pluribus. Sic enim attolletur in ea, ex quibus & non erit in alio, quoniam quicquid in alio, etiam ab alio. Si igitur non ab alio, neque in alio quidem sit. Neque compositio ulla. Necesseque est super ipsum nihil esse. Non est igitur cur ad alia principia eatur: sed hoc propositio, deinceps Mens statuenda, & id quod primo intelligit. Deinde Anima post Mentem: Is enim ordo est secundum naturam: neque plura hic in intellectu ali, neque pauciora. Si enim pauciora, aut Animam & Mentem idem dicent, aut Mentem & ipsum primum. Sed quod alia sint ab invicem, ostensum saepenumero. Uberiorem hujus loci expositionem vide sis apud STEUCHUM lib. II. de perenni Philosoph. Cap. XI. ubi ostenditur, PLOTINUM, ut sese torqueat & maceret, parum tamen profecisse in confirmanda sufficientia numeri ternarii in Deitate, quod nec plures nec pauciores tribus personæ esse debeant, cum istud rationi sit impenetrabile.

20. Audiamus & PROCLUM in Theolog. Platon. ita differentem: *Tria*, inquit, principia in istis in locis faciunt, Bonum, Mentem, Animam, omne quod est, Mentem appellantes. Primam ac precipuum & imparticipabile, Unum, ultra omnia praeexistens, non modo unitates eas quae participant, sed etiam quae participantur, laudatur per primam suppositionem. Quod omnium quidem ineffabiliter causa demonstratur: ipsum autem in nulla re existens, & ab omnibus segregatum: nullam virtutem habens: neque proprietatem propinquam cum ceteris Diis: Post hoc autem, singulariter super substantiale, & supereminens & imparticipabile ad o-

omnes substantias, Unitas est, participata quidem ab
 eo quod est, & circa ipsam primam substantiam sub-
 sistens, abundansque adiectione participationis hu-
 jus, quod primo Unum est: Hæc autem est supersub-
 stantialis existentia, & prima intelligibilis Trinita-
 tis. Quobus igitur his existentibus, in prima Tri-
 nitate, nimirum Unitate & Ente, primaque gignen-
 te, secundo generato: & illa quidem perficiente, hoc
 autem perfecto: oportet sane mediam amborum exi-
 stere potentiam, per quam & cum qua, Unum sub-
 stantificum est, & perfectivum ipsius Entis. Nam
 & processus est ab uno, & ad Unum ipsius Entis con-
 versio per potentiam. Quid enim aliud cum Uni-
 tate Ens, aut participatum facit Unum ab Ente
 quam Potestas? Processus enim est Unitatis, & ex-
 tensio ad Ens. Trinitas igitur est hæc intellectu-
 um fastigium. Unitas, potentia, ens. Alterum pro-
 ducens, alterum productum: Potentia vero pendens
 ab Uno, conjuncta cum Ente. Trinitas igitur hæc
 prima intellectualis Unitas, Ens, & habitus ambo-
 rum, per quem & Unitas Entis est, & Ens Unitatis;
 In his stupende demonstrante Platone, quod & Pater
 Mentis est Pater, & Mens Patris, & quod potentia
 occultata est inter suprema: Hactenus Pro-
 clus.

21. Nec parum lucis materiæ huic fœne-
 rant nomina, quibus Platonici hasce tres in
 Deitate personas appellare consueverunt.
 Audies enim primam in Divinitate personam
 dici $\pi\rho\omega\tau\omega\nu$, primum & principem, tanquam
 Trinitatis fontem & originem in PLATONE, pa-
 trem a NUMENIO apud Proclum super Timæ-
 um,

um, Bonum seu Bonitatem, ἀγαθὸν à PLATONE
 & discipulis, Unum sive Unitatem à PROCLO,
 Regem omnium, in *Epist. PLAT. ad Dionys.* τὸν
 ὄντα ab EMILIO, quasi solus a seipso existens,
 reliquis personis essentiam largiendo. Se-
 cundam verò personam Mentem, Intelligen-
 tiam, Mundi ædificatricem, omnium rerum
 causam apud PLATONEM in *Phedone*: ὡς ἀρε-
 τῆς δεῖ οὐρανῶν τε καὶ πάντων αἰτιῶν, ταύτη
 δὲ αἴτια ἦσθαι τε, καὶ ἔδοξε μοι τρεῖς ποῖν τῖνα εὐ-
 ἔχειν τὸ τὸν ὄντα εἶναι πάντων αἰτίαν: *Audiens*, inquit,
 ex libro *Anaxagoræ*, Mentem esse mundi ædificatri-
 cem, omniumque rerum causam, hac sum mirifice læ-
 tatus; Ἔ nescio qua ratione videbatur mihi optime
 habere, mentem esse omnium causam, dare intelligen-
 tia omnium rerum principatum. τὸν ἑπέκεινα ὄντα
 καὶ ὄντα, supramundanam mentem, sensus om-
 nines excedentem: Filiam summi boni apud
 Platonem: λόγον sive verbum ab AMELIO, &
 aliis, ut ex EUSEBIO discimus, qui l. XI. de *pra-*
parat. Evangel. c. XIX. ista AMELII verba nobis
 communicavit: καὶ ἔτι ἄρα ἦν ὁ λόγος, καὶ ὄν
 ὄντα αἰεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγένετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡρα-
 κλείδης ἀξιώσει, καὶ νῆ Διὶ ὄν ὁ Βάρβαρος ἀξίῳ
 ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀξία καθεστηκότι
 πρὸς θεοῦ εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι δι' ἑ πάνθ' ἀπλῶς γε-
 γενῆσθαι. ἐν ᾧ τὸ γινόμενον ζῶν, καὶ ζῶν, καὶ ὄν πε-
 φυκέναι καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐσθυ-
 σαμένον, φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μετὰ καὶ τῆς τῆνι-
 καῦτα δεικνύειν τῆς φύσεως τὸ μέγαλειον. ἀμέλει
 καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεσθαι, καὶ θεὸν εἶναι,
 οἶδον ὄν πρὸς τὸ εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὴν σάρκα, καὶ τὸν
 ἄν-

ἀνδρωπον καὶ ἀχθῆνας : *Atque hoc plane verbum*
erat, inquit, per quod, sempiternum cum esset, exi-
stebant omnia quae fiebant, quemadmodum Hera-
clitus loqueretur: quod ipsum videlicet barbarus
etiam ille, apud DEUM in Principii gradu ac digni-
tate constitutum, imò & DEUM simul esse pronun-
ciat: per quod facta simpliciter omnia sint, in quo
quicquid factum est, & vivens, & vita & aliquid
pro sua quodque natura fuerit: idem porro in cor-
pora delabi tradit, & carne indutum, humanam spe-
ciem praese ferre, sic tamen ut suae interea natura
majestatem ostendat: adeoque solutum ubi jam
fuerit, DEI locum denuo capessere, ac DEUM pror-
sus eundem esse, qui erat, priusquam in corpus atque
in carnem hominem quo descenderet. Quis quæso
ille erat Barbárus quem vocat, nisi Joannes
Servatoris nostri Evangelista, cujus erat quic-
quid enarraverat? Tertiam denique perso-
nam animam mundi sive Spiritum mundi vo-
cabant, eo quod vegetaret & quasi animaret
Sic enim PLOTINUS lib. πρὸς ἑρμῶν ὑποστάσιω.
Cap. II. de mundi anima: Illud primum, inquit,
ὡς αὐτὴ (ψυχὴ) μὲν ζῶα ἐποίησε πάντα, ἐμπνεύσα-
σα αὐτοῖς ζωὴν, ἀπὲρ γῆν τρέφει, ἀπὲρ θάλασσαν, ἀπὲρ αἴ-
ἴρα, ἀπὲρ ἐν ἕραν ἄστρα θεῖα, αὐτὴ δὲ ἡλίου αὐ-
τὴ δὲ τὸν μέγαν τῆτον ἕρανόν, καὶ αὐτὴ κόσμησιν,
αὐτὴ δὲ κυλάξει πρὸς ἀγέρ: φύσις ἴσα ἑτέρα ὧν κοσ-
μεῖ, καὶ ὧν κινεῖ, καὶ ζῆν ποιεῖ: Quod haec quidem
anima mundi, cuncta animalia creavit, inspirat &
eis vitam, quaeque alit cellus, quae mare, quae volant in
aere, quae sunt in caelo astra divina. Haec item So-
me, haec magnum hoc caelum exornavit. Haec or-
dine

dine ducit, existens altera vis & natura ab his quæ temperat & movet, & quæ vivere fecit. Sed per-
gendum est.

22. Cæterum Platonicum Deorum genus non debile est aut otiosum, & suo saltim sese necltare ingurgitans, sed divinis & potentissimis operibus nunquam non mortalibus suam majestatem & benignitatem manifestat. Hinc divinissimum creationis opus vero Deo originaliter a Nostro attribuitur, qui Mentem seu Filium suum, ideas ipsi communicando, ad producendum hoc universum adhibeat, Animam mundi, quam Spiritum Sanctum communiter interpretantur, ad animanda quasi & vivificanda quævis condita usurpans. Quod ipsum non tantum in *Timæo*, verum etiam *se-
xto & decimo libris de Republica* nos edocet, fere ad nauseam usque repetens, DEUM terræ, cæ-
li, omniumque, quæ in eis continentur δημιουργόν esse & opificem enarraturus causam PLATO, quæ Deum ad creandum universum tulerit, hæc verba profert in TIMÆO: λέγω μὲν δὴ δι' ἣν αἰτία γίνεσθαι, καὶ τὸ πᾶν τὸδε ὁ ζυνοῖς ζυνέστησεν· ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῶ δὲ εὐδεις πρὸς εὐδενὸς εὐεποτε ἐγγίγνεται φθόνῳ. Ἔτι δ' ἐκ τῶν ὧν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβλήθη γενέσθαι ὡρα πλῆσι αὐτῶν.
Dicamus igitur quam ob causam ille rerum autor generationem & hoc universum constituit: Bonus erat. Bonus autem nulla unquam aliqua de re invidia tangitur. Ergo cum livor ab eo alienissimus esset, omnia sibi quantum fieri poterant simillima fieri voluit.

23. Neque hoc ignotum erat Nostro, sine

divina conservatione & influxu neminem ne momento quidem posse consistere. Proinde in *Cratylo* cum per quem vivamus naturam Dei esse asserit, & sexcentis in locis, dicturus aliquid pi-issimas hasce formulas adhibere solet: *Cum Deo, cum Dei adjutorio, si Deo placuerit*, & quæ sunt hujus generis aliæ. Denique providentiam divinam aliquoties firmiter adserit, eamque non solum ad magna & præclara, sed & tenuia parvaque se extendere contendit Sic in *Phædone* ait *εὐλόγως ἔχει θεόν τε εἶναι ὀπίμμελές μόνον ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐκείνῃς κτήματα εἶναι*: *Rationabile esse, & Deum curare ac providere nobis, & nos esse possessiones aut peculium ejus*. Atque ita primaria Platonica de Deo doctrinæ capita breviter & *παχυλῶς* recensui, amandaturus cupidum hujus rei Lectorem ad doctissimi BESSARIONIS *Cardinalis libros in Calumniatorem Platonis*, & amussitatum opus de perenni *Philosophia* AUGUSTINI STEUCHI EUGUBINI, qui que hunc fideliter exscripsit PHILIPPUM MORNEUM *tr. de Veritate Religion. Christ.*

24. Ex quibus omnibus apparet, PLATONEM nostrum, quanquam verâ fide in Salvatorem destitutum, non adeò in congruè tamen & impiè de Deo locutum esse, quippe quem Unum, Simplicem, Æternum, Immensum, Verum, Bonum, Justum, Creatorem, Conservatorem, Patrem, Regem cuncta providè gubernantem, & quæ sunt alia, suis auditoribus assiduè in culcat. An. v. in dogmate de Trinitate rationi nostræ in comprehensibili, rigidum

dum cenforem nactus, ab erroribus sibi temperare potuerit, ego quidem affirmare non ausim. Hoc tamen diffiteri non possum, magnorum virorum autoritate inductus, de tribus in divinitate personis, præcipuè v. de Mente seu Filio Dei, quem in *Epinomide* *λογον τῶν πάντων θεοτάτων*, sermonem omnium divinissimum vocat, PLATONEM nostrum percepisse quædam, scriptisque suis inseruisse, quamquam nec ipse fortasse an intellexerit. Usque adeò siquidem *παλαιῶν λόγων*, & traditionibus, ut vocant, confidebat noster, ut & sine ulla probatione quàm sæpissimè fidem eis adhiberet. Hinc ex aliena mente & autoritate plerumque scripsit, & alienas sententias suo nectare condidit, hoc ipso ab Aristotele diversus, quod hic tanq. acerrimus iudex sine ratione parum vel nihil admiserit.

25: Unde verò hauserit hæcce PLATO, satis erudimur ab AUGUSTINO *cap. XI. l. VIII. de Civ. D.* ubi quidem eorum rejicit sententiam, qui *Platonem Prophetæ Jeremiæ* in Ægypto institutione orali usum non sine insigni *ἱερατικῶν* *σμῶν* statuebant, hoc tamen affirmare non veretur, ipsum utpote acerrimi studii hominem, sacras literas per interpretem didicisse, non ut scribendo transferret, sed ut colloquendo quid continerent, quantum capere potuisset, addisceret. Hinc JUSTINUS martyr PLATONEM, quoties Barbarorum, ex quibus aliquid percepisset, mentionem faceret, facit autem sæpissime, semper Ebræos denotare sibi persuadet. Sic NUMENIUS Phi-

lofophus, cum *Platonem* multa à *Moyse* defumta in sua transtuliffe deprehenderet, τὶ Ἰβν, inquit, Πλάτων ἢ μωϋσης ἀττικίζων, quid est *Plato*, nisi *Moses* atticiffans? Idem obiervavit *ARISTO*, *BULUS* *Judeus* lib. 1. ad *Philometora* *Ægypti* *Regem*. prout citat eum *EUSEBIUS*: *Legem*, inquiring nostram in multis *Plato* sequutus est: apertè namque in multis examinasse singula videtur, *Mosaica* enim volumina ante *Alexandrum*, & ante *Persarum* imperium traducta fuerant: unde plurima sicut & *Pythagoras* *Philosophus* ille accepit.

26. Id quod præprimis ab *EUSEBIO* discimus, qui *libris* *XI.* & *XII.* de *preparat* *Evangel.* non solum *Platonem* universam pene suam & *Theologiam* & *Philosophiam* ab *Hebræis* mutuum esse, verum etiam *lib. X* *Græcos* omnes cunctam sapientiam, imò & scribendi artem ab *Hebræis* accepisse, satis superque demonstrat. Affinia huic leges apud *THEODORETUM* de *Greco.* affectionib. curan. Et hoc eò minus mirum in *Platone*, qui sedulus *Ægyptiorum* *Sacerdotum* auditor fuerat, quorum doctrinæ utique *Hebrææ* erat propago. *Ipsum* n. in *Sai* sacerdotem *Partanin*, in *Aeliopoli* alium nomine *Oclapi*, in *Sebennytho* quendam *Echimon* audivisse, scribit *PROCLUS* ad *Timæum*. Nec est quod talia *PLATONEM* ex *TRISMEGISTO* hausisse autumes, quod multa hujus scriptis convenientia docuerit, si quidem, quæ hodie *Mercurio*, isti tribuun-

buuntur, pleraque omnia esse supposititia, magnis viris jam dudum suboluit.

27. Quæ cum ita se habeant, satis mirari non possum, magnos quosdam viros ad probandam Luminis naturæ efficaciam & virtutem adhibere ea, quæ PLATO de divinis rebus conscripserit, quasi illa omnia solis naturæ viribus sine ullo externo medio cognovisset, cum ex jam dictis certum sit, illum institutioni Hebræorum & Ægyptiorum omnia debuisse.

Atque ita Theologia nostra explicit, quam si accuratiorem quis à nobis aut expolitiorem requirat, ille aut suo nos modulo metiri, aut materiæ cum prolixitate tum obscuritatem ignorare videtur; quod si uberius nobis otium & commodius suppetat, quicquid illius nunc deficit, prolixiore studio emendaturum recipio, tuam interea benevolentiam L.

O, intentidem expectans.



JOH. PETR. LVDOVICI
De
JURE
ANGLORUM
IN GALLIAM

Scripta Dissertatio,
 Anno dō 1ō XCCIV.

Omnis, quæ de Anglorum in Galliam jure, suscipi quaestio potest, ea quatuor partium inprimis oritur ex aliqua. Cum enim Franciae Reges ex hereditate succedant; quare hoc Angli exclusi ab illis beneficio sint, primum quaerimus. Tum, quod idem armorum illi justitia obtinuerint, quod gentium eis jura ac populorum consuetudines concedebant, probamus. A proceribus deinde, penes quos haec faciendi plena potestas erat, Galliae Regnum in regiam Anglorum stirpem devolutum penitus esse, remque ab ipso Carolo,

lo, hujus nominis sexto Rege, confirmatam, ostendimus. Tandem etiam Anglos per ipsos septem & decem annos in possessione fuisse, Franciciqve Regni clavos tenuisse, convincimus. De singulis nunc agemus seorsim.

§. 2. Atqve primum quod attinet, juris hujus explicanda nobis origo est. Ea vero in Edoardo tertio reperitur Anglorum Rege. Cum enim Philippus quartus Galliarum Rex tres numero filios relinqueret, quorum unus ei post alterum in principatu successit; omnes vero e vita hi cederent, non relictis liberis masculis: unica filia ejus supererat adhuc Isabella, Edoardo secundo nupta Regi Angliae. Illi itaqve cum paternam hereditatem natura concederet, eandem sibi Edoardus tertius vindicavit, proles hujus legitima & natu maximus filius. (a)

(a) Ne illis immoremur, quae alias satis luculenter ex historiis patent: haec tabula sufficiet, pro Edoardi nostri demonstrando hereditatis in Regnum Galliae jure.

Ludovic.

IX. Sanctus R. m. 1270.

Philipp. III. Audax R. m. 1285.

Philip.

IV. Pulcher R. m. 1314.

Carolus Comes Valois.

m. 1328.

Lud. Hu-
tinus R. m. 1315.

Philip.

Longus R. m. 1320.

Carolus
Pulch. R.
m. 1327.

Isabella
Edoardo II.
R. Angl. nupta.

Philipp. Valcius,
Edoardii III.
aemulus.

Johan-
na,

Johannes †

Blanca.

Edoardus III.
Philippi aemulus.

Filius



§. 3. Qvis bonus igitur hanc in controversiam hereditatem vocaverit; nisi forte peculiare Gallorum lege obstiterint, aut aliae impedierint causae, de quibus nunc erit agendum. Omnis vero hac de re controversia triplex est, aut enim *Legem Salicam* urgent, aut *consuetudinem*, aut etiam *Lilia non nere* aiunt. Horum nos neutrum admittimus. Non istud; quia *Lex Salica* dubiae primum auctoritatis est, (b) & majoris
dein-

Filias in linea recta nolim nunc attendi; quid enim illis in successione obstiterit, dicam deinceps, vide interim *FROSSARDUM* lib. I. c. p. 19. *GAGVINUM* I. VII. p. 131. *Paul. AEMILIUM* lib. VIII. p. 431. *FORCATULUM* lib. VII. p. 1037. *de Gall. Imp.* & inter Anglos scriptores *VERG.* lib. XIX. p. 463. *WALSINGHAM*, *KNIGHTON*, *STOUR* aliique inter recentiores.

(b) Tam famosa haec apud infimos etiam rabulas lex est; ut paginam *in Legibus Salicis* hac ipsa omnem absolvi illi existiment, quam ad femineum in Franciae Regno sexum excludendum, inveterato equidem errore, frequenter vident allegari. Hi, ne, quando *Legem Salicam* nominamus, cogitare incipiant, totum nos istud nomen horrere; veterum Francorum sic universum juradici, sciant. Quippe quae *LEGUM SALICA*

LICARUM nomine, edita majori in forma a *Frid. LINDENBROGIO Francof. 1613.* Has inter nostra hæc *LXII. de ALODE* est, quæ *§. IV.* in dicta editione *p. 342.* tot. verbis extat: *DE TERRA VERO SALICA NULLA PORTIO HAEREDITATIS MULIERI VENIAT: SED AD VIRILEM SEXUM TOTA TERRAE HAEREDITAS PERVENIAT.* Antequam de Legis expositione agamus, quis condiderit in genere Salicas, & unde hoc eis nomen venerit videbimus. Communiter Scriptores ita sentiunt; quod eam, *Pharamundus* primus, ut vulgo creditur Francorum Rex, per *Wisogastura, Arbogastum, Salogastum, & Windogastum* (quos ex Principum ordine fuisse, qui more antiquo jura per pagos dixerint, *CONRINGIUS* conjicit *c. VII. de Orig. Jur. Germ. FORCATULUS* scrinii ac libellorum magistros, cum *ADONE Viennensi* dicit *lib. V. de Phil. Gall. p. 705.*) dictaverit, inque regnum introduxerit. Id quod non istorum quidem, quæ Pharamundus vixit, sed posteriorum longe temporum scriptores commemorant. *IVO Carnutensis* qui *Sec. XI.* floruit in *Chron. Franc. sub Pharam. ADO Viennensis & SIGEBERTUS* in *Chronico ad An. 422.* *OTTO FRI-INGENS.* *lib. IV. c. pen. GAGVINUS* *lib. I. VITERB. part. XVII. in proem. p. 432.* *ABBAS VRSPERGENSIS* de *Origine Franc. sub Valentiniano,* & qui hos sequuntur recentiores ferre omnes. Nec aliter auctor præfationis

in *LEG. SAL.* p. 312. scribit, apud Lindenbro-
gium. Id observabis, quod in quatuor le-
gislatorum nominibus in scriptione ad-
modum variant hi, quos citavi scriptores.
Germanica tamen esse, divinare facile est.
Id quod *CAMERARIUS* ostendit *Horar. Suc-
cess. Cent. III. c. LXIV.* p. 229. *Adrian. VALESIIUS*
vero scriptor eruditissimus & rerum Fran-
cicarum peritissimus legum harum latorem
Chlodovaeum Regem piissimum & primo
Christianum facit, cum eoque *Job. BUSSIE-
RES lib. I. p. 7. §. IV. AVENTINUS* definire
nihil audet, sed aliquot annos ante Justini-
ani tempora latas esse *lib. IV. Annal. p. 183.*
credit. Utut verohos qui aliter sentiunt au-
tores refutare facile esset, qui nihil, nisi quod
Pharamundo, tot bellis implicito, vix tem-
pus fuerit de Legum Sanctione, quæ pacis
alias optata soboles sit, multum cogitare, ad
data scriptorum testimonia excipiunt. qui-
bus Caroli M. exemplum opponerem; pru-
dentissimi legislatoris: ast tamen nihil cer-
tior exinde nostræ hujus legis origo fieret.
cum has omnes, quæ hodie extant, pro Pha-
ramundi habeat nullus. Nam & Chlodo-
væum, Childericum, Chlotarium, Caro-
lum M. item ac Ludovicum piump lures
addidisse, quasdam & rejecisse, ac immu-
tasse extra controversiam est. id quod citatæ
præfationis in Leg. Sal. auctor expressis verbis
scribit, de Caroloque M. *EGINHARDUS*
testatur p. 32. Quid? quod Galli ipsi con-
que

querantur, nullum fere Legum harum
 MSC. exemplar cum altero concordare. A
 quo igitur horum & quando haec condita
 nostra sit, illi doceant, qui indubitatae eam
 facere cupiunt autoritatis. Sed nec minor
 de nomine his est. Alii enim *Salicam* a *Sal-*
gasto hujus legislatorum tertio petunt,
 quod alios inter facit *URSPERGENSIS* l. c.
 alii ad *Salios* hic Francos & locum *MAR-*
CELLINI lib. XVII. p. 170. ac *Beat RHEN.* lib.
 II. *Rer. Germ.* respiciunt. id quod *HOTOMAN.*
NO videtur, l. c. mihiqve. Cum in Francia o-
 rientali trans Rhenum lex condita sit, Sa-
 liorum Francorum provincia, unde & *Con-*
radi Salici nomen habemus. Nec enim ultra
Pharamundus venit, nec aliam terram vi-
 corum nomina *Salechaim*, *Bodechaim* & *Win-*
gebaim ubi promulgata lex dicitur admit-
 tunt. Sed alii rursus, quod *Salica* tantum
 ac *Aulica* veteri Francorum, id est Germa-
 norum Lingua sit, probare intendunt ut
AVENTINUS Annal. lib. IV. p. 183. Eodem di-
 cente a *Sala* non Thuringiae sed Franciae
 flumine deducunt alii. quam sententiam
CAMERARIUS approbat *Cent. III. c. LXIV.*
 p. 229. Speciale est, quod *FORCATULUS* ha-
 bet lib. V. p. 700. hic enim *Pharamundum*
 hanc ob causam *Salicas* dixisse credit, quod
 leges suas ad *Martem* atqve *Herculem* re-
 ferret, quorum dicti *Salii* fuerint sacerdotes.
 Satis confidenter *CHASSANEUS* in *Consuet.*
Burg. tit. de Feudo pro Salica, *Gallica* Sin G
 muta-

deinde ejus expositio diffensionis. (c) Quam etiam celeberrimi inter Gallos Jcti inepte huc trahi existimant, parum a best, quin re-
jici-

mutato legendum censet. quo de *HOTOMANNUS de Jur, Succ. Reg. Leg. II. p. 33.* Sunt etiam, qui ad ineptas derivationes deveniunt; & vel a *Saliendo* quasi inter tripudia Lex lata sit, teste *FORCAT. l. c.* vel a *Sale*, sapientiae scilicet, ut refert *BERTHAUL D. I. c. V. p. 12. Fl. Franc.* vel *Salacantica* quadam urbe monstrante *CAMERARIO l. c.* nomen deducunt. Salse *EDOARDUS* noster fecit, qui aemulum suum Philippum, Salicum & *Salicae Legis autorem* dixit, eo quod hac solum lege Rex esset, & salarium insuper in Franciam vectigal primus induxisset, *GAGVINVS sub b. R. & BVSSIER. lib. X. n. XV, p. 484.* Sed haec obiter. Cetera satis indicant quam incerta omnia, quamque dubia, ac controversa sint.

(c) Et hic aqua haeret. Quas enim lex provincias sub *terra Salica* intelligat, nemo Gallorum definivit haecenus. Quidam de *Equitum* hic praediis agi existimant, nonnulli ad illa vocem restringunt, quae *libera* omni servitute sunt, *fren gelehu Gut.* Multi etiam eas hic terras, Salicas dici, credunt, quas strenui in bello *duces* acquisiverint. Ista enim, fortitudine cum parta armorum sint, quin ad mollem feminae colum deveniant,

niant, lege hac cautum esse putant. Plura vide apud *DV FRESNE in Gloss. p. 270. sub b. v. AVENTINI* conjectura *l. c.* est, istas hic terras intelligi quae ad aulam Regis pertinent. quo fundamento id faciat diximus supra. *GAGVINVS* etiam in *vita Vales.* ait: *Terram autem salicam dicimus quae solius Regis est.* Addit *HOTOMANNVS c. X. p. 76. Franco Gall.* In eandem sententiam *Franco Galli* omnes non modo historici verum etiam *JCti & Pragmatici* usque ad hoc tempus scripserunt, ut jam communis error propemodura jus fecisse videatur, quo etiam *JCtus* ille *COVARUVIAS* ducitur *T. II. s. I. Quaest. Pract. u. n. p. 170.* Ceterum hoc certum est, Gallos sub *terra Salica* omnem Galliam intelligere nec posse, nec audere, cum pleraeque ibi dynastiae feminarum admittant successionem. Britannia minori, Pictaviensi, Aquitania, aliis ducatibus id passim comprobantibus. Si vero potestatem regnandi Salicas intelligere existimemus *eccur terram* dicunt, remque tanti momenti tam latae, tamque dubiae significationis voce exprimunt? cum faciliore & opera & intellectu *regnum* pro *terra* scripserunt, si quidem ad illud respexissent solum. Imo, unde *terra Salica* dicta est; inde & *leges* hoc nomen accepisse, firmiter credo. At vero solis *Leges Salicas* Regibus datas esse, statuere absurdum est: cum illae de *Furtis Porcorum, Animalium, Oviuum, Caprarum, de Maleficis* aliisque rebus agant. *Sacra Regia*
maje-

jiciant penitus. (d) Illud non; unde enim
consuetudines sument? cum res in contro-
 ver-

majestate plane indignis. Ergo & terram
 Salicam ad personam Regis restringere so-
 lum velle, ejusdem absurditatis est. Tan-
 dem quae *Gottfred. WENDELINUS Toxan-*
dro-Salius in *Natali Solo Legum Salicarum*, in
Glossario item *Salico* & alibi congeffit, quae
 in operibus *Jac. Chiffetii* extant, mea facere
 omnia nolo, quanquam & ibi habeantur,
 quae contra Gallos moneri possent. Con-
 ferri tamen huc *Job. Jac. CHIFFLETIUS* ipse
 meretur in *Vindiciis Hispan. & Salicis Lumin.*
 quae *BOVCHETO & DOMINICO*. Gallis op-
 posuit suis antagonistis. *Edit. Antwerp.*
1651 fol.

(d) Sed quid opus est plura addere? Celeber-
 rimos Gallorum Jctos audiamus, & quis
 legis hujus hac in controversia usus sit, fa-
 cile patefcet. Primas hic *Francisc. HOTO-*
MANNVS teneat, cruditissimus scriptor &
 rerum Gallicarum gnarissimus. Ita vero il-
 le in tractatu, quem ex instituto de *Jure*
Successionis Regiae in Regno Francor. scripsit,
Lege II. ait: *Et si autem aliquot ab hinc seculis*
error quidam hominum imperitorum in hoc di-
sputationis genere versatus est, existimantium le-
gem quandam apud majores fuisse, nomine Sali-
am, quae hac de re nominatim cavisset: tamen
quoniam inveteratum illum errorem, ac potius
commentum absurdum & fabulosum in Franco
 H Gal.

Gallia nostra confutavimus, nihil necesse arbitramur eum iterum hoc loco refellere. Tantum admonuisse satis erit, verba haec; De terra Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit: sed hoc virilis sexus acquirit; tantum abesse, ut ad regias hereditates pertineat, ut ne ad feudales quidem successiones referri possit. Idem in Franco-Gallia c. X. p. 78. Inscriptus lex de ALODIS, hoc est de in rebus, quae non feudi, sed patrimonii iure a privatis possidentur: quod summe notandum est. porro; non ad feudorum sed tantum ad alodiorum successiones pertinet: Ut facile illorum imperitia coarguatur, qui lege illa nunquam lecta, aut non intellecta affirmare ausi sunt, Lege Salica cautum esse, ne regia potestas ad mulieres transferatur. Imo lex ad Salios Francos ultra Rhenum, non ad Franco-Gallos pertinet. Cujus similem etiam ANGLI habent tit. 7. nil tamen in successione regia sequiorem impediens sexum. Eadem mens Anton. HOTOMANNO in Tractat. de Lege Salica p. 224. ap. Chist. est, ubi ait, in Legibus Salicis non agi de successione Regni Franciae, sed solum de praestituta vivendi norma, quae inter Francos subditos observari debebat. Cum Hotomannis etiam celeberrimus Jctus facit, Barthol. CHASSANEVS Coufvet, Burg. tit. de Feud. num. 37. Idem & CONRINGIUS approbat e. VII. de Orig. J. G. p. 20. Nec aliter Scipio DUPLEIX, qui postquam probasset Salicam legem ad Salios Francos, non Occidus pertinere in Prolegom. Hist. Fr. pergit:

Lon-

Longe crassior est eorum ignorantia, cum existi-
 marunt legem Salicam ad successionem Coronae
 in favorem marium, feminarum autem ab ea ex-
 clusionem conclusionem constitutam fuisse: in toto
 quippe libro ne unus quidem titulus aut lex una;
 articulusve unus occurrit, qui de ea meminerit,
 sed de solis subditorum juribus, poenisque agitur.
 Pari modo Job. TILIVS, celebris ille Gallo-
 rum scriptor, sentit, cujus haec p. 158. verba
 leguntur. *Feminae e Galliae Regno fuere ex-
 clusae, non tamen ex lege Salica: quae generatim
 statuit, si mares filii erunt, ut feminae tantum
 succederent in bona moventia, non autem in ve-
 tus patrimonium, quod prisca appellatione terram
 Salicam dixerunt. Id quod ex lege antiqua
 probat, ubi extet; allodium vel hereditas Sa-
 lica. Ejusdem sententiae & P. MERVLA est.
 part. II. Geogr. lib. III. p. 101. Ego scio, legem Sa-
 licam agere de privato patrimonio tantum; nec
 de feudis, sed de allodiis, ut Practici loquuntur.
 Quibus magni addo testimonium CVJACII,
 qui lib. I. de Feud. tit. 1. ita sentit; *Separa-
 tis libris habetur lex Salica & lex Francica: haec
 est occidentalium, illa orientalium. Plura vide
 apud CHIFLETIVM in Vindiciis Hispan. c. V.
 p. 17. sq & Lumine II. Salico p. 223. digna etiam,
 ut & hic legantur, HAILANDI verba sunt,
 Tom. I. Histor. Franc. sub Phar. quae ita latine
 Chifletius vertit: *Lex ista Salica Pharamundo
 attributa fuit ab iis, qui, ut se Reges facerent, fe-
 minasque a corona excluderent, jus suum ea fir-
 mare voluerunt. Idem lib. III. de Stat. Rer.***

Franc. Lex Salica a Philippo Longo excogitata;
quæ vigorem in Francia non habet, nisi PER VIM
quæ in omnibus ditionibus pleraeq. leges nitun-
tur. Quæ argumenta eo recidunt singula:
quod lex Salica primo privatorum, tum Salio-
rum Francorum non occiduorum sit; ne-
que de regno agat, sed de Alodis. Id quod &
textus convincit, & textui addita inscriptio.
 Demus igitur illis errorem, qui vel auro
 corrupti, vel cristtatis nummorum cater-
 vis profligati, vel adulationis magnetica vi
 pristinis Philippi Valesii temporibus fracti
 sunt, ut veritati exinde bellū indicerent; sed
BOUCHETVS & M. Ant. DOMINICVS nullam
 excusationē merentur qui puerilem erro-
 rē, post tot luculenta Gallorum testimonia,
 contra **Jac. CHIFLETII Vindicias Hisp.** mor-
 dicus defendunt. Hic in assertore suo Gal-
 lico, Typogr. Reg. anno 1646 edito; ille in *de Ve-*
ra origine domus regalis Franciæ Parisi 1646.
 Quibus non solum *Lumina sua & Genealogica*
 & *Salica* ita enim scripta hæc appellat, **Chi-**
fletius opponit: sed ipse **Lud. Canterellus FA-**
BER Gallus hanc civium suorum siue mali-
 tiam siue ignorantiam castigat *Dissertatione*
1647. contra eos edita. Verba ejus sunt:
Lex Salica est decretorum congeries pro norma
vivendi Francis præscripta: illa non agit de ju-
re publico & multo minus de coronæ succes-
essione, sed de privatorum juribus duntaxat.
Franci, ab annis solummodo centum quinquagin-
ta, illa novitate ducti sunt. citat. Diss. pag. 15. seq.
 Li-

versiam nunquam venerit ante. (e) Quin potius contrarium si non in Brunegilde, & Fredegunde feminis, sane in Blanca & Constantan-

Libere igitur, sed vere Gallus iste legatus, a Pontifice quaesitus, ubinam scripta inveniretur *Lex Salica*? respondit: ab altera paginae parte legi, in libro, qui de Constantini agat Pontifici facta donatione. *OLDENBURGERO* referente *part. II. Thes. Conringiani Tit. XVIII. p. 494*: Cum itaque L. ejusdem valoris cum pontificio isto commento, ipsis Gallis iudicibus, sit; quid eam inter fabulas referre nos Germani ad dubitemus.

(e) Sed plus forte negotii *consuetudo* facesset? quam assidue urget *HOTOMANUS*. ita enim in *Franco Gall. c. X. p. 79*. ait: *et si vero nullum nec Salicae nec Francicae legis caput extet, quo mulieres a regni hereditate arceantur; tamen instituta & mores gentis tanto seculorum consensu conservatos, ac praesertim contradictoriis judiciis confirmatos, legis scriptae vim obtinent.* Idem & *JOH. FERALDUS* monet, sub *sin. lib. de Jur. Regn. Francor. & L. Cant. FABER* in *Diss. cit.* *Nec dum detecta ab Assertore Gallico differentia, quae est inter Salicam Legem & antiquam Francorum consuetudinem. hac firmata est Francicae Monarchiae forma essentialis, quae coronae successionem masculinam reddidit cum perpetua feminarum exclusione, & porro, in sola consuetudine Francorum masculinitas firmata est, non autem Salica lege.* sic sentiunt, qui melius

sapere volunt, omnes. Sed levius hoc telum
 & hebetius est, quam ferire nos possit. Cir-
 ca duo enim inquiram; primo quatenus
consuetudines vim legis obtineant; deinde an
 talis haec Gallorum sit. Sunt igitur docto-
 res qui privilegium consuetudinis si-
 ne gravi iustitiae laesione admitti non pos-
 se, contendunt: alii admittunt quidem, sed
 non nisi adhibitis cautionibus. Cujus-
 modi sunt: primo *ne divina nec gentium iura*
violet; deinde ut videant, patiantur, & consen-
tiant omnes quorum interest; post actuum fre-
quentia intercedat; demum in contra-dictori-
is casibus sit facta. Haec omnia Francorum
 consuetudini aequae conveniunt, ac oculo
 pugnis. Gallos hic testes audiamus ut
 proprio eos gladio jugulemus. Loquatur
 autem ex *MARCULPHI lib. II. CUFACIUS*, cui
 tantum Jurisprudencia debet, quantum ulli
 unquam debuit mortalium, *FABROTTO*
 praefat. *Basil.* Is vero tale *lib. I.*
de Feud. tit. 1. recitat testamentum: *Galae*
dulcissimae filiae meae, L. Titius & S. Diuturna.
Impia apud nos consuetudo tenetur, ut de pater-
na hereditate sorores cum fratribus portionem
non habeant. Sed ego perpendens hanc impieta-
tem, sicut mihi a Domino aequaliter donati estis
fili, ita & a me frivis aequaliter diligendi, ut re-
bus meis post meum discessum aequaliter gaudea-
tis, & quae sequuntur apud Gottefr. WEN-
DELINUM in Glossar. Salicop. 183. & Chisterium
Lumine II. Salicop. 224. Sic & BODINUS ait: ut
prexia

proximus quisque heres succedat, ordo non tantum naturae, ac divinae legis, sed etiam omnium ubique gentium postulat. lib. VI. de Rep. c. V. p. 1140. Respondere objectatae iniquitati tenentur, qui cum *BALDO* inquirunt: *Burboniae* gentis masculos etiam millesimo gradu a stirpe remotos prius sceptrum Francorum adeptures, quam feminis locus ullus relinquatur. quod etiam Galli passim allegant. Ast forte G. regnum hereditarium esse, dubitet quis. Verum non dubitant doctiores Galli, videatur *BODINUS* lib. VI. c. V. de Rep. p. 1136. sq. acerrimus licet Gynecocratiae impugnator. Primum igitur bonae consuetudinis requisitum labefactat, ipsis testibus Gallis. Alterum vero tantum abest, ut doceri possit, consensisse in consuetudinem, qui per eam a G. R. exclusi sunt: ut potius bella preliaque quibus suae causae invigilarunt semper, notiora sunt, quam ut hic necessarium sit ea amplius allegare. Sed tertium forte *HOTOMANNUS* obtinebit, exemplis, quae c. X. p. 79. affert: Nam *Childerico* (Childeberto) rege mortuo, duabus filiabus superstuitibus fratri ejus *Clothario* regnum illis exclusis delatum est. item & *ANONYMUS* urget in *Discours sur la Loy fondamentale de France, nommee Salique*, qui extant apud *OLDENBURGERUM* T. II. p. 359. Fateor me hic aliquantum haesisse, non quod Hotomanni me terrerent, sed quod *GROTIUS* aurem vellicaret, Agathiam allegando, libro III. c. VII. §. XXII. p. 195. de jure

B. P. Locus vero *AGATHIAE*, qui huc pertinere videtur, *lib. II, extat p. 47. edit. Plant. 1594. 4to.* Res ipsa ita sese habet. Chlodovaeus, sexti Sec. Rex, quatuor filios inter regnum divisit, Childebertum scilicet, Chlotarium, Theodericum, & Chlotomirum. Accidit, ut periret Chlotomirus, Theodericus etiam, cum Filio Theodiberto, & Theodibaldo nepote decederent, superstitionibus adhuc *Childeberto & Chlotario* fratribus. Hos igitur ad Theobaldi hereditatem, cum improlis mortuus ipse fuisset, tanquam genere proximos *Patriam legem* vocasse, inquit Agathias. Assumit hoc *DOMINICVS* in *Afferore* suo *p. 16.* contra Chifletium, acerrime pugnando, sub *παλαιο* hic *ρομα* Salicas intelligi Francorum. Respondet objectionibus *Lum. III. Sal. p. 228. CHIFLETIVS;* Agathiae in dubium vocando auctoritatem, qui scriptor exoticus fuerit, & homo Graecus: alibique aperte falsa scripserit de Francis, deinde monendo Theobaldi regnum in orientali Francia situm fuisse, ab orientali vero ad occidentale concludere non licere. quid? quod & *ρομα* interdum tantum Graecis ac mos significet apud Latinos. Ego vero talibus hisce opus esse, non arbitror; quin potius, recte ac vere Agathiam scripsisse, existimo. Ecquis enim vel hodie num negat, in Franciae regno genere proximos succedere. Sed hoc, & nihil aliud, dicit Agathias. Theobaldus enim Rex Juvenis

venis

venis decessit, idemque improlis. Propior igitur heres nemo fratribus ejus fuit; ad hos igitur Regnum pertinuisse, recte scribit noster. Sed Chlotarius tamen id solus accepit, dices? At num *legibus patriis* hoc factum esse Agathias affirmat? Contrarium potius habes; *leges* enim patrias utrumque fratrem ad hereditatem vocasse, noster ait: *Childebertum* vero, bella & invidiam vitandi causa, sponte a jure suo abstinuisse, solique reliquisse *Chlotario*. Aut, si eam mavis causam, quod viduam is Theobaldi duxerit, cum qua defuncti mariti accepisse fertur hereditatem, Sed hoc contra Salicas Francorum esse, dices? Sic quidem est, sed ita quod probe notandum nihilominus *GREGORIVS Turonensis* scribit *lib. IV. pag. 124, Hist. Franc.* Agathiae aequalis, & magnae fidei autor. Hoc igitur dubio soluto, aliud restat. Idem enim *Chlotarius Childeberti* invasit regnum, superstitibus licet *duabus* mortui patris *filiabus*. At quis *patriis* hoc *legibus* factum esse dicit? nemo. Invasor fuit, qui duas *Childeberti* heredes e regno & regione cum matre ejecit. Ut testatur *Turonensis lib. V. p. 142.* Idem reliquis de Regibus Judicium est, quorum violenta imperia pro *consuetudine* sua firmanda in *Francia Gallia c. X. p. 39.* nobis opponit *HOTOMANNVS*. Oculatus enim istarum calamitatum testis, citatus saepe *GREGORIVS Turonensis* fuit, qui injustissimas divisi regni

stantia Reginis colligere est (f). Minus tertium nos terret, insulsi monachi frigida

a fratribus invasiones ad extremum usque historiae suae librum non tam verbis describit, quam animo deplorat. Cujus talem alius, ejusdem nominis autor, in *Appendice*, eadem pertexit acerbitate. ut adeo, quam firma ab impudentissimis justitiae violatoribus bonarum legum aut *consuetudinum* exempla petantur, nulli non ad oculum patefcere possit.

(f) Sed quid, si istis temporibus, quibus feminas excludi regno coepisse, Galli existimant, ipsas probavero feminas regnasse, Quis enim regiarum foeminarum *Brunechildis* ac *Fredegundis* imperia, tricas, tyrannides nescit? Sane qui femineum tunc jugum Gallos sensisse dubitat, is laudatum, saepius audiat *Turonensem*, & quam molestum, quamque intolerabile id Gallis fuerit, facile perspiciet. Tyrannos igitur nobis opponunt Galli, quidni & illis nos objiciamus feminas crudeles. Verum nec his opus est. Sunt *Blanca* & *Constantia* Reginae, quarum illa *Franciae Sceptra*, Ludovico IX. filio impubere, cum consensu Principum tenuit, usque dum ad maturiorem Rex Juvenis pervenire aetatem. Idem & altera petiit, & obtinisset etiam, nisi legitimam, *Henrici I.* regis aetatem proceres declarassent; Et quis Gal-

da ac puerilis argumentatio, qui una hac similitudine & ignaviam in historiis, & impietatem in sacris, ineptias vero ubique suo ordine indignissimas prodidit. Cum liliata Francorum insignia ejusmodi sint, ut aeternae illis sapientiae dictum nemo, nisi cum blasphemia tribuat, & insano delirio. (g) Sed sanctis DEI verbis, divinoque

in

Gallorum dissimulare potest? Philippum pulchrum *Johannam* Navarram uxorem, prudentissimam feminam, in Gallia regentem scripsisse, & variis regni applicasse negotiis. Tunc igitur ubinam *Salica* lex, ubi *consuetudo* mansit, & quis *lilia* tunc nere docuit Gallorum.

(g) Verum etiam audiamus herculea desipientis monachi argumenta. Is enim, cum *Silvane* (Senlis) in publico proceres conventu deliberarent, uter competitorum *Carolo Pulchro* sufficeretur, *Edoardus* ne Rex, an aemulus ejus *Philippus*, spatiumque deliberandi ad illam *Dominicam* usque tenderetur, quae *XV.* est a Festo *Trinitatis* die, sacris rostris conscensis, ita ex ordinaria pericope dicitur perorasse: *Quid canctamini Proceres sententiam dicere, cum eam hodie vester dicat Salvator.* Videte, *is* inquit, *lilia* agris quae neque laborant, neque nent. *Francica* igitur ad colum allegabitis? aut num haec *istis*, quae in agris florent, ac percunt, deteriora esse credi-

creditis. Tanto autem haec monachi, Episcopum Bellovacensem alii dicunt, cum applausu excepta oratio est; ut vel ea Edoardum jure suo elaptum esse, visum judicatumque sit. referente *ANONYMO ex MSC. Heidelberg. de Praetens. Regum ac Rerump. p. 130.* Istorum enim temporum scriptorem haec tradere neminem inveni, cum ineptiarum pudeat graves viros. Exrecentioribus vero quosdam ineptae hujus applicationis autorem *Petrum GREGORIUM Tolos.* facere *Jac. CHIFLETIUS* testatur *c. XIX. Lil. Franc.* Assumunt tamen id passim Galli, qui lilia Francorum non deberi, nisi Nobilibus, qui non laborant, laborare enim ignobilium esse, ipsis placet; non nisi maribus, qui non nent. vid, *Dan. PRIEZACVS in Vindic. Gall. c. XVI. Jac. Alex. TENNEVRIVS p. 224. 364. SAMMARTHANI fratres lib. 1. c. 13.* ad eadem Lucae verba *Marc. VULSONIVS in Scientia Heroica p. 222.* apud Chifletium. confer etiam huc *SPELMANNVM in Aspilogia pag. 138. & BOXHORN. Hist. Univ. p. 343.* Verum recensuisse ineptias has, tantum est, ac eas refutasse. Quis enim CHRISTI Servatoris verba feminas a Franciae regno excludere vel somnians dixerit? & quae tandem allegoria est? *Lilia non nent*, quoniam habitu quodam naturæ gaudent: ergo femina ad regnum admitti Gallorum nequit. Proniori consecutione, iste prece, quicumque etiam is fuerit, & magis pie conclusisset:

set: Ergo o Franci mei, a vestium luxuria, & nimia varietatis libidine, Coelestis vos Sapiencia avocet, atque his tandem flosculis vobis vestrisque liliis pudorem injicit. Verum enim vero quis nescit, quales & quantae inter historicos de his Liliis Gallorum lites ac dissensiones sint? Alii enim coelestem eis originem tribuunt, & vel, Noachi temporibus, Francis, tanquam Japheti posteris, coelitus tributa esse, cum Gor. BECANO LIV. Fr. sentiunt: vel Chlodovaeo Regi, sacris initiato, Angelum obtulisse non sine animi levitate credunt, ut Hunibaldus apud TRITHEMIUM p. 38. quem etiam alii sequuntur: Job. Lud. VIVALDUS in Triumph. Liliorum Barb. CHASSANEUS part. I. Consid. 38. in Catal. de Glor. mundi. Concl. 44. Renat. CHOPPINUS in Doman. lib. II. tit. II. n. 7. FORCATULUS lib. VI. Phil. Gall. FERRANDUS pro Lil. I. p. 11. Nic. UPTONUS Anglus, qui de Carolo quidem M. fabulam narrat lib. III. de Mil. Offic. p. 108. sed virum memoria lapsum esse eruditorum conjectura est. Dubitant vero de re alii, & pro falsa eam habent, R. GAGVINUS lib. I. c. VIII. Bern. Girard. HAILANUS lib. I. Rer. Fr. Cl. FAUCHETUS lib. de Armis. Scipio DUPELIX in Chlodov. Job. SAVARO de Sanctitate Chlodov. p. 8. Guil. MARLOTTUS lib. II. c. IV. Jac. Alex. TENNEVRIVS in Amp. Remens. Dav. BLONDELLUS T. I. Gen. Fr. p. 514. CATELLVS L. I. c. 3. CHESNEVS in Hist. Droc. l. I. c. 1. Gabr. NAVDAEVS in Addit. ad Hist. Ludov. XI. SPELMANNVS in Aspilog.

p. 37. & qui hos omnes citat *CHIFLETIVS* in *Lilio Francico, veritate historica illustrato* passim, & in *Ampulla Remensi c. i.* Confer *LYMNAEVS lib. I. Not. Fr. c. 10.* & *Summe Reverendus D. SPENERVS Oper. Her. l. I. c. XXIV. §. XII. p. 113. part. spec. HAEPING. de Jur. Insign. c. VI. P. III. Cl. i. §. 3. p. 290. Jac. VALDESIVS de Dignit. Hispan. c. XV, p. 304. sq.* Qui omnes quod liliata Francorum insignia coelestia, sint, Chlodovaeo I. Regi Christiano ab Angelo oblata, a quibus Monachorum sequioris aevi fabulis, nec immerito, annumerant: neque fabellae hujus originem divinare, difficile est. Cum enim lilia haec irides aquaticas esse, plurimi putent; quae ob caeruleum colorem coelestia audiunt, e coelo delapsa esse, vulgò crediderunt. Sed neque hi omnes sibi constant, quin in diversas potius sententias abeunt. Maxima equidem pars ita sentit. Gallos a primo regni exordio *bufones*, ranas ruberas alii dicunt, pro tessera habuisse: sed vel Chlodovaeum Regem, Christianis initiatum sacris, eos cum liliis pietatis ergo, & quod S. Remigius sic admoneret, permutasse. Vel mutationem pictorum inscitiae deberi, qui ranis indistincte expressis posteriorum tessellerint oculos, ut illarum species pro illis haberent, assumerentque. Sunt etiam, qui apes pro bufonibus, cum venenati ipsos animalis pudeat, substituunt, quarum speciem, alii enim exantis pictas esse ajunt, alii

in sacro codices sensu sic pessime abuti, temerariis Gallis nihil novi est, qui iisdem Regum suorum insigniis divinitatem exquadrag-

alii pro liliis aestimarint. *Blasius VIGNERIVS* in not ad lib. 1. *Caesaris* a se editi, mutationem hanc ex Galli gallinacei cerebro promere vult, in cuius una parte *bufones*, in altera *lilia* repraesententur. Specialem quoque, ut assolet, *FORCATVLVS* sententiam lib. VIII. p. 178. fovet. qui ex duobus tauri capitibus arae sacrae impositis, florumque junctis fasciculo, hæc enim insignia habuisse primum Francos existimat, ineptos pictores trifolium, mox lilia fecisse. credit. Erudite ceterum *CHIFLETVS*. c. IX. lib. cit. p. 59. probat, undecunque etiam lilia venerint Francis, Ludovicum VII. tamen eadem primum pro regiis insignibus adhibuisse. Ulterius *FAVCHETVS* progreditur eruditissimus scriptor in *Tractat. de Insignibus*. qui insignia Francorum *lilia* vera non esse, sed *irides aquaticas* flavi coloris, in solo cyaneo seu aqueo; quas e palustri Sicambria Franci in Galliam detulerint, existimat. Ipseque laudatus modo *CHIFLETIVS*, Medicus & Botanicus in primis gnarus alio loco *Lum. III. Sal. ad vindic. Hisp. p. 230.* probat, quod nec rubicunda liliis respondeant Gallorum. Ut adeo frigida hæc monachi argumentatio novum denuo patiatur detrimentum.

(h) Sed

dragesimo quinto Psalmo Davidis conciliare, eadem inconsiderantia ac impietate audent (h).

§.4. Sed demus licet; feminarum in Galliis Imperia rariora fuisse, oppressis persacpe filiarum juribus vi atque violentia agnatorum; cujusmodi in Johanna inprimis, regia filia, exemplum invenitur (i); nostro-
tamen

(h) Sed impietate reliqua argumenta ultimum vincit. Omnem enim reverentiam, ac honorem, quem sacris debent, tum demum penitus abjiciunt; cum iis *Psalmistam* verbis: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus oleo laetitiae prae consortibus tuis*, Reges pariter Gallorum intellexisse, sanctissimamque eorum unctio- nem, prophetico spiritu praevidisse & adumbrasse insolenter asserunt, ac titulo can- tus, qui est *PRO LILIIS* inscriptus, ad *liliata* Regum *insignia* pessime abutantur quo de *CHIELETIVS* videatur c. XIX. p. 154. de *Lilio Francico*.

(i) Hisigitur scopulis evitatis omnibus, quos de *Salica* lege, *consuetudine* item ac ceteris afferre *figmentis* solent: quare Johanna & Blanca, regiae filiae, ad regnum admittae non sint, cum proximae heredes fuerint, meretur investigari. Libere sed ex mente Gallorum, *Joh. TILIVS*, postquam fabulosae *Salicae legis* auctoritatem infregisset l.c. in-

tamen haec fraudi esse Edoardo non poterant; quippe quem nihil horum, quae hactenus

inquit: *Lex tamen haec, quae foeminae a regno arcetur, magno Gallorum animo nititur, dominatum miliebreminime ferentium. Solidum Legis fundamentum, ubi pro ratione stat voluntas. Et meliori nempe luto se genitos esse Galli existimant, ac alii populi Angli, Hispani, ac Sveci ceterique omnes, qui, cum regnum hereditarium habeant, jure hoc privari feminas iniquum censent. Sed gratias nos interim Tilio agimus, quod tam candide aperiat, quod ejus dissimulant cives. Interim non meliori jure Johannam ac Blancam regno excidisse verissimum est. Ad Johannam quod attinet, Ludovici Hurini filiam, & mortuo intra octiduum Johanne fratre, proximam heredem: de illius exclusione sic loquitur HALLIANVS in Ludovic. X. Reg. At quia cum tenella virgine, ope & auxilio destituta, PHILIPPVS Longus negotium habebat, multosque regni proceres muneribus, gratiis, & pollicitationibus sibi devinxerat; non multum laboravit in asserendo sibi sceptro, de quo cum parte imbecilla controversiam habebat, idem etiam P. AEMYLIUS dicit sub h. Rege & BELLEFORESTIVS Tom. I. lib. IV. c. LIV. ut & DVPLEIX in Phil. Longo, c. IX. & SANMART. fratres l. XIV. c. II. ex quibus BVSSIERS lib. IX. sub h. Reg. causas eruit, quibus dissentientes maxime*

I

prin-

stenus commemoravi, a regno cohibuit, ipsis denuo testibus Gallis (1). cum vir is
esset

principes *Carolus VALESIVM*, nostri *Philippi Valesii* parentem, quod summe notandum
& *ODONEM* Burgundiae Ducem, qui regnum *Johannae* deberi affirmabant, in suas
is traxerit partes: *ODONI* enim *Burgundo* *Johannam* filiam suam natu maximam collocavit,
assignato in dotem Burgundiae comitatu. *Valesius* vero, postquam privatum emolumentum
assequutus esset, rem pariter tulit. haec *Bussieres*
Sed controversiam hanc mox nova excepit.
cum enim *Ludov. hic longus* non multo post
fatis concederet, *Johannae* uxori suae, quod
ea mortui regis natu major filia esset, Fran-
ciae sceptrum idem *Odo* petiit, Burgundiae
Dux. Sed praevaluisse legem regni *CHE-
SNEVS* vult in *Burgund. Ducat. Historia* c.
XIV. quam accuratissimam *CHIFLETIVS* di-
cit, *Vindic. Hisp. c. VII. Ex. XIV. p. 62.* Equidem
si sub lege Regni *Chesneus* *Salicam* intelligit, fa-
bulis superius confutatis eam annuera-
mus: si vero ad illam post *Ludovici Hutini*
mortem in filia factam de foeminarum e
regno exclusionem decisionem respicit, tunc
rem in medio relinquimus. cum usque eo
duo haec exempla valuisse videam, ut de
Blancae, post mortem *Caroli pulchri* patris in
regnum successionem controversum ampli-
us esse, non inveniam.

(1) Verissime hic *Job. BODINVS* Gallus scribit
ma

esset ac heros virtute ac fortitudine plane in comparabilis (m). Hunc praeterea ipsas Gallorum

magnus Gynaecocratiae juratusque hostis. Qui tanto magis nobis prodest, quanto acrius alias pro Salica Lege & feminarum e Galliae regno pugnat exclusione. Ita vero ipse postquam masculinae ex filia soboli Salicas non obstare, nec earum ad Gynaecocratiam referendum regimen esse, probavit *libr. VI. de Republ. cap. V. pag. 1159.* inquit: *Qua ratione Edoardus III. Rex Anglorum recta Salicae legis interpretatione Francorum imperium ad se pertinere contendebat: quia tamen si Isabella, Caroli Belli sorore, genitus esset, proximus tamen erat & quidem MASCULUS.* Optimum sane hoc infensissimi alias hostis testimonium est; cui plura addere religio sit; cum hoc unum sufficiat. Inprimis dum attexit Bodinus, *assumpsisse hoc Senatum Franciae, nisi agnatum Philippum Valesium, qui ejusdem gentis ac nominis cum prioribus regibus fuerit, propiorem heredem putavissent.* Sed falso, quis enim uno eum gradu Edoardo remotiorem fuisse, non videt? Nostro interim patrias ullas nec leges nec consuetudines in successione obstitisse, probasse ex hoc loco sufficit.

(m) Edoardi ab Anglis scriptoribus ut jura non petii, ita petere ab illis nec elogia volo. At cum hic & hostes inveniant, quod admirantur quidni nos ipsis assentiamur. Quo enim

lorum leges ad regni successionem vocasse, demonstratum dabo(n); atque idem etiam

enim successu, qua fortitudine, constantia, moderatione etiam & pietate fuerit, bellaque gesserit noster, *P. AEMYLII* ac *FROS-SARDUS*, prae reliquis testantur, qui ejus aetatem propius attingunt. Neminem sane Gallorum legi, qui in Edoardo vel minimum deideret: sed laudibus in eum cumulandis vere omnes certant. Quod magnum negotio nostrum pondus addere, utique existimo.

(n) Edoardus igitur Gallorum legibus non solum contrarium nihil, adversumque petiit; dum jus sibi in regnum vindicavit: quin potius illud exequi coepit, quod patriae leges docebant, jubebant ac tantum non imperabant. De Lege Salica Bodinum audivimus, jam & *TILIUM* videamus, qui idem strenue alias pro Gallis pugnat. Locum supra citavi, ubi nunc ita inquit: *Ex lege Salica deficientibus filiis heredes erunt filiae veteris patrimonii.* Ex mente nostra deinde ita concludit: *Si quis ergo regnum ex ea vellet instituere, filiae deficientibus filiis ad regnum pervenirent.* *ναὶ ἀνδρωτων* disputamus. Quid clarius, quid ad jura Angliae Reg. in Galliam firmiter a scriptore Gallo dici potest. Haec lex illa patriae, de qua *AGATHIAS*; ita nascuntur reges vestri, ut placet *TURONENSI* sicque regnum vestrum hereditarium manet ut volunt

antiquissimas perpetuasque in Franco-Gallia consuetudines voluisse, Merovei, Pipini, atque ipsius tandem Hugonis Capeti exemplis, quorum nomina veteres annales celebrant, & recentiores in coelum usque extollunt, me comprobare posse confido (o); quam
vis

lunt vestri omnes, vestrisque probati scriptores

(o) Jam *consuetudine* quid factum in Gallia sit, videamus restat; ne frustra eam Galli tanta contentione, superius opposuisse, videantur. Cum vero illi violenta exempla afferant, in mediis Rerumpublicarum turbis nata: certiores nos erimus, talia ostensuri; quorum ipsi cineres venerantur, atque a quibus gloriae eorum non infima pars, jura item originesque pendent. A Meravaeo autem exordiamur, primae in Gallia stirpis conditore. Cujus licet origo aliquantum obscura sit, quippe quem *filium* Clodionis alii; nonnulli ejus *nothum* dicunt; quibus tamen omnibus antiquos probatissimaque fidei scriptores facile opposuero. Magis enim *ALMOINO* assentior, qui Clodionis *affinem* vocat *l. l. c. VI.* quo minus is *TURONENSI* contradicit, qui *de stirpe Clodionis* fuisse existimat, *lib. II. c. IX.* nec *HUNTINDONIENSI* repugnat, qui pro *Clodionis cognato* habet *lib. VII. Hist. Angl.* Accedit etiam quod vetus apud *Chesneum Tom. I. Ser.*

vis obfuscare commentis veritatem homi-
nes

Fr. p. 793. Francorum Genealogia patrem Regis exprimat, ejusdem nominis *Merovaeum*, ut probabile, admodum sit, *Merovaeum* affinitatis ratione, feminae respectu *Clodioni* regi successisse. De *Aegidio* Rege nihil addo, quem ejecto *Childerico*, eo quod Francam uxorem haberet, successum esse, alii augurantur. Clarior res de *Pipino* est. Nam, cum superstites ex *Merovingis* ad imperandum inepti essent, atque ultimus tandem purpuram cum cucullo mutaret, *PIPINUS* successit, quod ex antiqua *Merovingorum* stirpe esset, & quidem femina. Quod cum advertisset *DOMINICUS* in *Affer. Gall. ad IV. Expl. Chisletio* ita respondet: *Si legis Salicae verba attenderis, feminam quidem ex successione penitus removeri, sed deficiente prole mascula non prohiberi, ut a feminarum cognatione orti ad successionem vocentur. Per legem siquidem mulier capere hereditatem non potest; verum ejus filii ac nepotes, paterno deficiente genere, incapaces non declarantur, cum impedimentum, quod summe notandum, exet in sexu, non in maribus ex eo genitis.* Quid quaeso clarius denuo ac melius dici posset pro nostro *Eduardo*? cujus jura ita describuntur, ut tantum non nomen ejus ipsum exprimatur. Singulare adhuc illud exemplum est, quod in *Hugone Capeto* accidit. Huic enim *Ludovicus V.* Rex Regnum, testa-
nus

nes ad audendum projecti, frustra sunt conati (p.).

§.5. Non

mento assignavit, quod ille maternum genus a Carolo M. duceret. Ea tamen lege, ut ejus viduam Blancam matrimonio sibi jungeret. Quibus causis imperium ad eum est devolutum, Arnulpho & Carolo patruo filiisque hujus, Ludovico ac Carolo exclusis, qui mascula a Carolingis stirpe descendebant. Cujusmodi in historiis exempla plura patent. Id quod & *CHIFLETIUS* in *Vindiciis primum Hispanic. c. VI. p. 49.* deduxit, tum etiam *VII. Salica Lumino p. 253.* rem, multis testimoniis allatis, illustriorem reddidit, contra *Gallicum Dominici Asserentorem* strenue decertans. Ex quibus nunc duo colligo. Primum est, quod nepotum ex regniis filiabus in Galliae regno ratio sit habita, & tum etiam habita, cum remotiores ex mascula stirpe agnati super essent. Quod utrumque in Edoardi nostri exclusione, contra aequitatem praetermissum, neglectumque esse constat.

(p) Sed nova hic latibula *Car. Annib. FABROT- IUS* quaerit, qui, cum radiet ei lumen, ne tenebras discutiat prorsus novam veritati larvam injicit. In *praefatione Basilicorum ad Segnerium* scripta, ita inquit: *Si quid Principes sanxerint, ab ipso ore justitiae provenisse credatur. Hujusmodi est LEX IMPERII, qua ni-*

§. 5. Non ergo mirum, plures Galliae procerum, in conventu, de successione in re-

bil justius sanctiusque dici queat. Praesertim eo capite, quo feminae, quique ab his nati sunt; in perpetuum a regni successione arcentur. Et blandiuntur sibi, qui magnis animis contendunt, masculis non extantibus, eos, qui per feminini sexus personas cognatione junguntur, a regni Gallici successione non removeri. Quod neque mens, neque verba SALICAE LEGIS, neque regni mores patiuntur. Legis sententiam circumvenit, qui ortos ex feminis non esse repellendos censeat. Nec est; cur moveantur quorundam Regum exemplis. Rectius enim dicent; Regni proceres aequius censuisse, ut ad regni successione nati ex feminis potius admitterentur, quam exteri, non jure SUCCESSIONIS sed ELECTIONIS, uti tunc moris erat. Cognatio enim nullum jus eis tribuebat, Et tamen regni primoribus suadebat, ut in eligendo Rege potius eorum partes esse existimarent, qui non omnino alieni essent. Triplici errore, quod pace tanti viri dixerim, ducitur Fabrottus. primo enim Salicas LL. de regia successione agere existimat; tum legem etiam feminarum filios excludere, credit; tertio tandem Galliae Regnum electivum fuisse vult; quod omne cum partim superius confutaverim; partim ipsi scriptores Galli V. Cl. erroris luculenter arguant; non est, cur ea hic debeam recoquere.

(q) Syl-

regnum, Sylvaneſti habito, Edoardo Re-
gi, tanquam legitimo, proximoque heredi
adhaeſiſſe, qui tamen poſt promiſſionibus
partim corrupti, partim & comminationi-
bus deterriti, nonnulli etiam poenis ſuppli-
ciisqve affecti atque ſic a noſtro avocati
ſunt. de quo non ſubleſtae fidei ſcriptores
teſtantur. (q) Cum unum e contrario Ro-
bertum, Artesiae Comitem, Valeſii in pri-
mis cauſam egiſſe, conſtet. Idqve eum id-
eo feciſſe, non minus ſit clarum; quod pri-
vata exinde commoda ſperaret; quibus
cum eſſet elapſus; aliter ſenſit, erroremque
non agnovit ſolum; ſed etiam, ut jus hoc
ſuum, quod Anglo publice tribuebat, armis

I 5

pro-

(q) In Sylvaneſtino conventu in partes itum
a Galliae proceribus, *Meyerus lib. XII. An-
nal. Flandr. p. 157.* prodit, cujus verba ſunt
digna, ut hic legantur. ita vero ille: *Edoar-
dus oppoſuit divina BIBLIA legi Salicae: (cum
P. AEMYLIO hic loquitur, qui lib. VIII. p. 800.
inquit: contra Anglus cauſam ſuam etiam le-
gibus armabat, verbaqve illa ex ſacris NUME-
RIS recitabat: Homo cum mortuus fuerit abs-
que filio, ad filiam ejus tranſibit hereditas.)* per-
git deinde noſter: *ſed fuere quidam in Gal-
lia ultimis affecti ſuppliciiſ, quibus ea Edoardi
non diſplicebant argumenta. En integros ju-
ris Anglorum teſtes? qui ſuo id ſanguine
obſignarunt.*

prosequeretur Edoardus, auctor ei adiutor-
que fuit (r). Quid? quod post dictam quo-
que

(r) Pro Valesio præter unum Robertum Arte-
siae comitem paucos stetitisse, qui Anglis ad-
versati maxime sint, ad promovendam cau-
sam Philippi Johannes *BUSSIERES lib. X.
part. II. p. 466.* e domesticis Gallorum scri-
ptoribus ait: *Ideo, de regno cum disceptaren-
tur, Robertus contensionem omnem, ut Philippus
promoveretur, intendens, idque perfecerat. i-
dem gloriatum esse Artesium post, de Va-
lesio, dicit: se dejecturum, quem erexerit, pag.
467. & BERTHAULT lib. III. c. XXXI. p. 335. ait:
Robertus Atrebatum comes palam professus fue-
rat; se Valesium, ita enim Regem appellabat, extu-
lisse, eundem brevi dejecturum.* confer etiam
P. AEMILIUM lib. IX. p. 445. Unde vero tam
laboraverit pro Valesii successione? num
justitiae id amore fecerit, an privati solum
commodi causa, juvabit inquisivisse. Poste-
rius vero plures causae docebunt. Primum
enim cor & anima Valesii Robertus fuit.
Sic enim *BUSSIER, lib. X. p. 465.* ait: *Roberto
Artesio cum Philippo, antequam is promoveretur
in regnum, jucundissima vitae ac officiorum omni-
um societas erat, una voluntatis ac sententiarum
confessio; ex privatis commodis, commune quod-
dam efficiebant.* Deinde etiam Philippi Va-
lesii sororem in matrimonio habebat. Illud
igitur, viri de amico testimonium suspe-
ctum

que a proceribus sententiam, novo se Regi
subjicere plures detrectarent provinciae,
quae legitimo se heredi obsequium debere

pa-
Etum, hoc de affine corruptum plane facie-
bat. Nec me fallit opinio, cum Gallos ae-
que ac Anglos consentientes habeam. Per-
git enim *BLISS. l. c.* imo, ut agnationem san-
guinis vincirent arctius, affinitatem contraxerant,
sorore Philippi Artesio in uxorem data. Ideo de
regno dum disceptaretur, audi causam! Rober-
tus contentionem omnem, ut Philippus promove-
retur, intendemat, idque perfecerat. addit fru-
Etum injustae defensionis: imo aliquandiu
Regem inter & subditum eadem amoris significa-
tio perseverabat, cum Philippus, Artesii causa, o-
mnia cuperet, & potentiae, quantum sac ambi-
tioni foret, permitteret. Idem fere *VERGILIUS*
lib. XIX. Hist. Angl. p. 470. scribit: Robertus
Philippi cum primis causam adversus Anglum,
regnum Franciae repetentem, acriter defendit,
idque fecit, partim quod ejus sororem in matri-
monio haberet, partim vero, quod consideret fu-
turum, ut autoritate Regis, tandem aliquando
suum reciperet, comitatum. Et haec tertia ra-
tio corrupti Roberti quam *P. AEMYLIUS*
etiam firmat *lib. VIII. p. 538.* dum inquit:
Simillimam enim, Robertus cum Mathilde amica
controversiam habebat. Ipsa enim tanquam
filia Senioris Roberti succedebat in comita-
tu, quem noster, Robertus postulabat Se-
nioris

palam profitebantur. (s) Quorum etiam
 preci-

nioris Roberti, sed ex mascula stirpe, nepos. Philippi igitur causam si feliciter perageretur, fore, ut nec in sua aliter pronuntiaretur, quae in simili de feminarum a feudis exclusione ageret, speravit. Quare cum aliter post accidisset, Rex enim Mathildem in comitatu confirmavit, tum demum, quo animo, rem malam propugnaverit, prodidit luculenter. Peccati enim venia ab Anglo petita, quae jura ei in Galliam sint, quamque infirmo talo Salicarum expositio stet, libere est professus. Quo de citati autores satis superque testantur.

(s) Flandriae regiones puto. De quibus *FORCATULLUS* lib. VII. p. 1038. ait: *Ceterum Flandri erga Anglum propensiores, Philippum Gallum reperti Regis nomine sigillarunt, velut fortuito, non iudicio allectum.* Eodem modo *BUSSIERES* p. 464. lib. cit. scribit: *Flandri Philippum repertum Regem, per contumeliam nuncuparunt, Gallumque pictum supra muros Casseti erexerant, concinentes in ludibrium tunc Regem repertum in sua munimenta subiturum, cum hic gallus caneret.* Sic & *VERGILIUS* Salica lege explorata lib. XIX. p. 464. pergit: *Illud idem verissimum esse testatur Flandrorum scomma in Valesium vulgi sermone iactatum, quod ille fortuito, non jure ad regnum pervenisset.* Atque ita recens commentum fuisse videtur, quo Edoardus Regno Franciae est fraudatus: quod quemadmodum ille

precibus adductus fuit Edoardus, ut insignia Galliae titulumque assumeret (t).

§. 6. Bello igitur armisque exequi jura coepit Anglus, cum pace iis frui non posset. Tantum etiam hic causae justitia potuit, ut, si aetherem Anglis militasse diceres, nihil affirmares, nisi quod publici denuo asserunt Gallorum scriptores (u). Et sane

id

viam jure sibi, quam optimo repetebat, ita nunc Angliae reges non injuria repetere videntur.

(t) Hujus rei *FROSSARDUS* testis est *lib. I. p. 23.*

Hortabantur, inquit, Anglum Flandri, ut ipse insignia Galliae sibi usurparet, simul & titulum, quo facto liberos se posse fieri a juramento praestito. Rex a multa consultatione, sic egit. Idem

& AEMYLIIUS scribit lib. VIII. p. 452. Jacobus, qui praeerat tunc Flandris, persuasit Edoardo, ut Rex Angliae non modo, sed & Franciae scribe-

ret: vexillis, parmis, signis liliatis etiam uteretur. Sic Anglus, Rex Franciae ab suis Flandrisque salutatur. Sic, & Job, TILIUS Chron. ad An. 1328. ac plures alii:

(u) Superstitioni nihil do: vaticinia tamen *MERLINI* divinasse, quod Angliae & Franciae regna in unum corpus coalitura sint, *BUSSIERS* refert *lib. X. p. 401.* Quod tempus in Edoardo illuxit, sed Gallicana hebetudo, & infelicitas per salicam infatuata, obstitit, *MEYERO* dicente *lib. XII. p. 157. Chron. Flandr.* De Roberto etiam Siciliae Rege, *infi-*

id Cressiaca satis pugna docet, ubi praeter omnium spem expectationemque centies mille Galli, a viginti quatuor millibus Anglorum disjecti ac fusi, tertiamque partem caesi profligatique sunt (x). Quam mox Pictaviensis excepit, Gallis aequae cruenta, quorum decem millia occisa sunt, Rege juxta ac filio minori natu innumerisque aliis

insigni Astronomo, & affine Valesii *FROS-SARDUS lib. I. p. 22. & 25.* refert, quod is Gallum serio a bello ad pacem cum Anglo faciendam admonuerit, cum astra Edoardo favere, ruinam vero Gallis minari vidisset. Tandem in praelio ad Cressiacum commisso pluviali imbre impetitam aciem fuisse Gallorum constat, ex quo non minus detrimenti, quam ab ipsis Anglis dicitur sensisse. Explodimus enim de tormentis sententiam, quae longe post demum inventa esse, constat.

(x) Vicerat navali jam praelio Anglus, caesis decem millibus Gallorum. Hac tamen victoria moderate utebatur, cumque, eam prosequi nunc posset, ne innoxium sanguinem perderet, utrius regnum sit, singulari cum Valesio certamine, receptissimo tum veritatem explorandi medio, experiri voluit. Hoc si displiceret, vel centenis se cum eo militibus pugnaturum promisit, ut vel sic tandem sanguini humano per-

liis captis ; qui tamen in manu victoriam habere sibi ante pugnam visi sunt ; quod militum eorum numerus, Anglos se res superaret (y). Qua demum clade accepta, quid

pareceretur. Epistolam, qua Valefium Rex invitavit apud *LEIBNITIIUM* habes *Part. I. Tract. LXXIX. Codicis Juris Gentium*. Utrumque autem cum detrectasset Gallus, sororis suae interventu, quae vestalis tunc virgo erat, decem tamen mensium ei inducias noster concessit. Sed irritavit Anglum denuo Philippus, quod, qui in justam Edoardi causam inclinassent, suppliciis afficeret, regno ejectis aliis. Instauratur igitur ubique bellum, cumque ad Cressiacum committendum praelium esset, Valefius, centum millia in armis habens, nimia praesidentia arrogans ac hostis sui contemptor erat : sed Edoardi, qui sacris factis, a pietate exordium sumebat victoriam in justa causa praevertit, de quo *P. FROSSARDUS, AEMYLIUS, GAGVINUS, TILLIUS, Pap MASSONIUS, VILLANIUS, SERREIUS, BUSSIERIUS* ceterique Franc. Annal. conditores pluribus testantur.

(y) Johannis filii, qui erat patri Valefio successus, haec calamitas fuit, ab Edoardo pariter filio illata. Ad summas enim is angustias, cum octies mille suis, quos unice secum habebat, a quinquaginta millibus Gallorum se redactum videbat ; qui ad eas
jam

quid iusta causa posset, agnoverunt Galli, pacemque fecerunt; cujus eae conditiones fuere, ut Anglo potissimae Gallorum provinciae, cum summo imperio restituerentur, Galliae Regi, vix aliud, quam umbra majestatis remaneret (z).

§. 7. Sed

jam conditiones devenerat, ut septennio ab armis in Francia abstinere, captivos redde-
re, ac urbes restituere promitteret. Cum ta-
men praenimia fiducia neita quidem in gra-
tiam redire vellet Gallus, qui omnia ad vi-
ctoriam, pompam, ac fastum in castris com-
ponebat, quatuor filiis ad exercitum voca-
tis, quo & hi victoriae hujus participes fie-
rent: fata exitum inventura confidit no-
ster. Quae fiducia haud fefellit; cum vi-
ctoriam contra spem a Rege Galliae repor-
taret. Capto cum filio, Johanne Rege, ac
secum in Angliam traducto. Quae victo-
ria decem annis post Cressiacam accidit,
vel propterea illustrior, quod alterum An-
glis Regem in eum custodiam traderet, qua
Scotiae jam caput Davidem. Angli de-
tinebant.

(z) Noluit prolapsum hostem obruere Edoar-
dus, sed ei in biennium inducias concessit.
Interea de pace cum captivo agebatur Re-
ge, quam cum approbare Carolus, Johannis
filius, Franciae Delphinus nollet, ad arma
denuo ventum est. Sed poenitebat mox fa-

cti

§. 8. Sed fracta mox fide Carolus, sequens Rex, provincias, Anglis pace ista concessas, partim rebelles faciendo, partim vi expugnando, ad se rapuit; collaudantibus id

K

passim

Et Delphinum, cumque ad componendas lites non difficilis etiam Edoardus esset, die dicto, qui Octavus mensis Maj. erat annu-
CIC CCCLX *Britiniaci*, in pago a Carnu-
tibus non procul, de pacis conditionibus intra octiduum ita conventum est: ut Angliae Rex & illius heredes atque successores teneant comitatus, urbes, arces, munitiones, dominia, insulas, redditus atque proventus & libere quidem, nec opus haberent regem Galliae aut illius successores, ut superiores in iis agnoscere.

Quales nunc sunt: *Gascogne, Guyenne, Poictu, Belleville, Xantonge, Agenois, Perigort, Limosin, Caurfin, Tarbes, Bigorre, Gaure, Angoulesme, Rovergue Monstreur, Pontbieu, Calais, Merk, &* quae sequuntur in *Instr. hujus pacis, a LEIBNITIO edito, in Codic. Jur. Gent. Tract. XCV. p. 209.* Quod summam etiam alii recitant *FROSSARDVS lib. I. adhunc annum. P. AEMYLIUS lib. IX. p. 476.* Frustra vero *VIRGILIUS lib. XIX. p. 492* dubitat, an ceteris in Galliam juribus cesserit Anglus: id enim a *Sta publica Leibnitii* expresse docent; licet fraudi esse Anglis hoc ipsum non possit, cum Galli mox fidem frangendo, pacis violaverint conventiones.

passim Gallis, & ceu miram in Rege suo solertiam extollentibus (Aa), Sua tamen denuo sibi justitia vindicavit, sub altero ejusdem nominis sexto Rege. Hic rejecto ob nefanda

Aa) Suo olim tempore mores Gallorum ad vivum *Fl. VOPISCU* expressit, dum sub *Procuro p. 407. Hist. Aug.* ait: *Francis familiare est, videndo fidem frangere.* Eandem notam perfidiae contraxit Carolus V. Galliarum Rex. Vix enim conditiones cum Anglis Britannici iniverat, jurandoque confirmaverat; dum occasione, expugnandi eosdem, oblata, quos Scoticis bellis implicitos, Juvenis Richardi II. regimini parum firmo subesse sciebat, concessas pace ista provincias invasit; neque prius a rapinis destitit, quam rebelles contra Anglum urbes sui juris ac potestatis fecisset. Quae bella *FOSSARDUS, AEMYLIVS, VERGILIUS* aliique prolixè describunt. Hoc miror, turpissimam foederis rupturam, ceu miram in Carolo suo solertiam Gallos extollere. Quorum interpret esse *BUSSIERES* poterit, *lib. X. p. 502.* ita inveniens: *In Britannica pace Delphini observanda solertia est, qui in instrumentum foederis aspersit scrupulos, vocumque formulas; unde postea commodiori fortuna resilirent Franci a foedere, ILLIBATA FIDE.* sed quae? noli quaerere! Jesuita est, fidem aequivocam intelligit. Quam arte excellit ordo.

fanda scelera Delphino, Henricum quintum Angliae Regem, communi procerum consensu, ac festivo populi applausu, Regni Galliae socium ac heredem instituit, veterique juri novum addidit, filia ei in matrimonium locata. (Bb)

k 2

§. 9. I.

(Bb) Sua Anglis jura divina Justitia, aequitatis amantissima, denuo restituit. Quod enim a quinto fuerat ereptum, sub sexto Carolo recuperare laborarunt Angli. Qua successuum felicitate Galli pristinarum calamitatum admoniti, quas olim tulerint, cum legitimis Galliae heredibus obstitissent, justitiae tandem locum reliquerunt. Erat tunc *CAROLUS SEXTUS* ejus nominis Rex, qui, rejecto Delphino, nefandorum scelerum, parricidiorum reo, *CUM NOBILIUM, AC PROCERUM CONSENSU*, publicoque populi applausu, *HENRICUM V.* Anglie Regem socium regni ita constituit; ut Galliae post eum, sine ulteriori deliberatione, Rex esset unoque duo regna capite, legibus tamen ac juribus unicuique suis permanentibus, in posterum regerentur. Id quod *ACTA PVBL.* apud *LEIBNITIVM* docent, Tr. *CXXXII. CXXXIII. & CXXXIV.* digna sane, ut hic legantur, & Scriptores confirmant *AEMYLIUS, WALSINGHAM, VERGILIUS, BVS-SIERES,* aliique.

§. 9. Idem deinde Jus in Henrico VI. renovatum, confirmatumque est, regio Juveneclo CCCC XLII. in Galliae Regem uncto (Cc). Nihil itaque regni spoliatio, juribus Anglorum officit (Dd). Quod enim injuria a-

lic-

(Cc) Fatis in Gallia Henricus quintus concesserat Angliae ac Franciae Rex, Henrico filio relicto octo tunc mensium infante. Galliam tamen ex ultima defuncti Regis voluntate Betfortius frater administrabat, ac regis infantis iura exercebat, quod Acta Publ. apud *LEIBNITIVM* Tract. CXXXV. p. 337. denuo confirmant. Regnum vero cum Delphinus turbaret, a Rege ac proceribus non solum iterum exclusus est; sed etiam visum Galliarum Principibus, ipsique Betfortio tutori, ut Henricus, annis circiter duodecim natus, Parisios veniret, seque ungi, ac coronari in Francorum Regem permetteret. Quod etiam publico Parlamenti consensu rite peractum esse, e citatis saepe scriptoribus constat.

(Dd) Misera hucusque Delphini ejecti conditio & fors erat: tantas ad angustias redacti, ut per contumeliam *Roy de Bourges* diceretur, cum urbs fere haec sola esset, quae ei adhaereret. De aliis enim, qui illum privati commodi causa, Regem voluere; sic

BUS-

lienatum, ejus autoritas est aeterna (Ee).

BVSSIERES lib. XII. p. 581. inquit: *Adhaerentes* Carolo proceres, privati commodi causa, ut sua quisque in regione regnaret, Regem infirmum, quam potentem maluerunt. Imo postquam Anglos una alteraque vice triumphasse de hostibus, scripisset; tandem pergit: *Ea clade in summas angustias Carolus adductus, jam per ludibrium Rex Biturigum dictus, eratque tanta pecuniae difficultas, ut palam cibum capere non ausus, ne innotesceret paupertas, foribus clausis pranderet, semelque est deprehensus prandere, apposita duntaxat cauda vervecina, pullisque geminis, eo luxu regio decidente depressoque vestigio.* Sed Gallis tandem parum fuit tenellam Henrici aetatem spernere, fidemque ei datam, cum occasio nunc esset, denuo frangere. Puellae Aurelianensis siue bonis siue veneficis artibus, non judico, adjuti. Ad quod tamen exortae inter Anglos in Gallia emulationes non parum fecere. Quae ratione legitimis Francia Regibus erepta, in rapinam CAROLO VII. cessit, toties ante a Galliae proceribus egerato.

Ee) Gallorum haec regula est, quam *CASSANVS, DUPUISIUS, AUBERIUS*, postulatorum Gallicorum assertores alii, tum etiam oggerunt, cum controversiae pactis jam publicis compositae leguntur. Potiori

nos jure eadem contra eosdem utemur, quoniam Angli huic Juri suo, quod usu *Franciae Regis* tituli, semper tacite renovant, nuntium dedisse non leguntur. Sive igitur Galliae regnum pro *successivo* habeas, si-
ve hereditarium credas, sine putes *electitium*; jura Anglorum utrinque constabunt. Quod si enim primum, forori R. *Isabellae*, matri Eduardi patebit: Si alterum *CAROLUS III.* Gall. R. Angliae Regem potuit re-
 successorem, quod fecit, nominare: Si *tertium* vero, ecquis Gall. *PRO CERIBUS* male vertet? quod plurium suffragiis electum Angliae Regem ad Galliae regni fastigium extulerint. Quibus possessio Regni Galliae, quod tenuerunt Angli, accedit; ut adeo nihil videam, quod eis in tam expedito jure obesse possit.

DEt igitur, quod optamus, & nostris votis expetimus, summum, praepotensque *NUMEN*, ut Augustissimus Monarcha *WILHELMUS*, Orbis Ocellus, ac universae prope Europae Stator potentissimus, fortissimusque felicitatis humanae Arbiter, quod in Magnae, disitis Britanniae, Hyberniaeque Regnis, praec-

raeter communem mortalium
 pem, omnes humanae magnitudi-
 nis limites supergressus, divino
 auxilio & ope, praestitit; pari tan-
 dem successu, parique felicitate
 Gallias sibi vindicet, eodem jure
 suas. Plaudent tam arduo operi bo-
 ni aequique omnes, Pelagus, Domi-
 no, quem in Magno WILHEL-
 MO agnoscit, vias ac portas aperiet:
 ut, quae iura ab EDOUARDO
 TERTIO pendent, TERTIUS
 tandem vindicet

WILHELMVS.



Continet liber opuscula

I. de Legibus Salicis.

p. 1.


II. de Druidibus. p. 30.

III. de Theologia Platonica. p. 70.

IV. de iure Anglorum
in Galliam. p. 104.

V. Viri sui aevi principis
Esaiiae Pufendor-
fi Eulogium, Lacc-
nice scriptum.

ad
CIS.
D I.
30.
20.
70.
im
04
ci-
or-
cc



87 F 6323


ULB Halle

3

005 803 659



Vb 17



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Farbkarte #13

ESAIÆ PUFENDORFII
OTENTISS. REGG. SVEC. AC DAN.
LEGATI AC CONSIL.
OPUSCULA
A IVVENE LVCVBRATA.
ADIUNXIMUS
EVLOGIVM AVCTORIS,
ET OB VICINITATEM ARGVMENTI,
IOH. PETR. LVDOVICI
DE IVRE ANGLORVM
IN GALLIAM
SCRIPTAM OLIM DISSERTATIONEM.



HALAE HERMVND. cl5 15CC.
IMPENDIO JOHANN. JACOB. SCHÜTZII.

